



**Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.**

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

**Baronio, Cesare**

**Romæ, 1635**

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S. R. E. Card. A Lvdovico Avrelia Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65060)

ANNALES  
ECCLESIASTICI  
CAESARIS  
BARONII  
S. R. E. CARD.

A LUDOVICO AVRELIO  
*Perusino.*

In totidem libellos breuissimè redacti  
in quot magna volumina opus  
ab Authore digestum est.

LIBER IX.

*Respondens Nono Authoris Tomo.*

Chri.  
Ann.  
714.

**Q**uadragesima itaque,  
à Constantini obi-  
tu, elapsis diebus,  
Gregorius, qui cū *Grego-*  
eo nuper *Byzan-*  
*rius II.*  
tij fuerat, doctri- *Papa-*  
næque inibi, ac  
prudentiæ specimen dederat non  
vulgare, Rom. Pontifex renunciatur.  
XI. Kal. Iunias. Inter prima Pontifi-  
catus rudimenta, Ioannem Patriar-  
cham, hæreticum hominem, deijci à  
Sede curat, neque id ægi è à Catholi-  
co

co Imperatore impetrat, cui Germanus, qui Cyzicenam Ecclesiam regebat, rectæ fidei propugnator acerrimus, subrogatur.

At Romani milites ab Anastasio aduersus Sarracenos missi, cum, per seditionem, Ioannem Ducem occidissent, poenam veriti, Theodosio, qui *Theod.* tributorum exactor erat, Adramiteno *Adra-* à Patria noncupato, Imperium inuito *miten.* deferunt. hoc vbi Anastasius compe- *Imp.* rit, Principatu ipse deposito, monasticum assumpsit indumentum.

Par Adramiteni conditio fuit, intra Chri- *Leo I-* annum quippè & ipse, Leone Isauro Ann. *saurus* Augusto à militibus appellato, sacris 715. *Imp.* initiatus, quietiorem, quam in Imperio, vitam quæsiuit.

Hoc tempore Luitprandus Longo- *P. Dia.* bardorum Rex, Gregorio infensor redditus, Cottias Alpes, quas, ex iterata sæpius Regum Donatione, ad Rom. Ecclesiam spectate diximus, instantius repetebat; cæterum, seu Pontificis præcibus, seu intentati Anathematis Religione territus, ab incepto ita destitit, vt, nouo & ipse decreto, antiquam Donationem confirmauerit.

Antequam Regem placatum redderet Gregorius, illius simul arma, atq. insidias metuens, instaurandis Urbis moenibus animum adiecit, quamquam, sequuta postmodum pace, alijsque ex causis, ab incepto destitit.

Leo

Chri. Leo interim, Augustus, vt diximus,  
Ann. acclamatus, abdicante se Theodosio,  
716. vnaque cum filio sacros ordines susci-  
piente, Imperij habenas moderandas  
suscipit, coronatusq. à Germano Pa-  
triarcha, eo exigente, rectæ fidei pro-  
fessionem emittit, quod, & datis ad  
Gregorium literis, præstitit.

P. Dia. Per idem fere tēpus Petronax  
Brixienfis Ciuis, alijs secum Socijs as-  
sumptis, Cassinense Coenobium ante *Cassinē*  
annos plus minus centum, ac quadra- *Cœno-*  
ginta, ex Longobardorum inuasionē, *biūm.*  
à Monachis, qui ad Urbem confuge-  
rant, ac Lateranense domicilium ex-  
truxerant, destitutum, incolere ita oc-  
cepit, vt mox frequentissimum instru-  
ctissimumque reddiderit.

Tudē. Quo tempore Sarraceni, quos in *Sarra-*  
Chrō. Hispaniam, euocatos diximus, ea ma- *cen. vā*  
iori iam ex parte potiti, Legionem Vr- *cloria.*  
bem Sueuorum olim Regum Aulam,  
Toletum inde, Iudæorum prodicione,

Chri. capiunt. Ex ijsdem mox Barbaris, qui  
Ann. ad Orientem incolebant, Byzantium  
717. terra marique obsident. Dei tamen  
Theop. Genitricis ope, vt Græci Authores  
P. Dia. tradunt, Vrbs diuæ Virginis studiofi-  
l. 6. c. ssima, ita seruatur, vt innumeræ hostiū  
47. copiæ, quæ lue absumptæ, quæ flucti-  
Bed de bus haustæ, interierint, quod tamen,  
sex at. non nisi post diuturnam obsidionem,  
accidit.

Anast. ) Hoc eodem anno Tiberis exunda- *Tibe-*  
in Gre. ) tio *ris exi-*  
datio.

tio exitit maxima, vt Urbis moenia  
alicubi transcenderit, atque ad Capi-  
tolij radices pertigerit, Via lata, quæ  
nunc Via Cursus appellatur, staturam  
hominis, ac semis exæquans, quodque  
monstro simile videri possit, septem  
ipso dies sub eodem incremento per-  
stiterit.

*Chilpe- ricus Gallor. Rex.* Chilpericus, qui hoc tempore Gal- *Chron.*  
liæ Rēgnum obtinebat, Caroli, Pipi- *Pithe.*  
*Gallor. Rex.* ni Filij Præfecturam pertæsus, Ragin-  
fridum Maiorem Domus, vt tum vo-  
cabant constituit, Carolo, vt licuit,  
in ordinem redacto. cæterum ab eo  
*Vinci- tur à* vterque victus, priuatam fermè vitam  
*Carolo* degere coactus deinceps vterque est.  
*Mar- zello.* Eodemque tempore mirificus ille  
*S. Su- uiber-* Saxonum, ac Frisiorum Apostolus Su-  
*tus.* uibertus, laborum à Deo præmium,  
Sarracenorum Princeps Haumar di- *Chri.*  
ra clade perculsum se, suosque, à By- *Ann.*  
*Sarra-* zautij obsidione, animaduertens, ex- *718.*  
*cenorū* piationis gratia, vini vsum Genti inhi- *Theop.*  
*porse-* buit: tum Christianos sibi subditos *Cedr.*  
*quintio.* blanditijs pellicere, supplicijs terrere,  
vt Christi fidem desererent, instituit:  
ausus & Leonem ipsum Aug. de per-  
fidia interpellare. Martyrum hoc tem-  
pore complurium certamina, ex eadē  
Regis Barbari insania scriptorum in-  
curia obliuione sepulta omninò fuisse,  
dolendum est.

Hoc tempore Asturij, Hispaniæ Po- *Tudē.*  
puli, *Chron.*

puli, Sarracenorum iugum audentius detrectantes, Pelagium sibi Principem Pelagius. deligunt, quo Duce, insigni Barbaros clade afficiunt.

Chri. Gregorius subindè Pontifex Bo- S. Boni  
Ann. nifacium ex Anglia Romam profe- facius

789. Etum Apostolatus munere insignitum Germ.

Sur. 5. in Germaniam mittit, de quo multa Apost.

Iur. hic Author ex Actis summa fide con-  
scriptis, refert.

Radbotus hoc tempore, quem Radbo-  
alij Batoldum vocant, Frisionum Prin- tus Fra  
ceps insignis staltitiæ documentum siorum  
dedit. hic ad Christi fidem utcumque Prins.  
pellectus, à Vuilfrando Episcopo ba-  
ptizandus cum esset, sciscitatus eum  
est, apud inferos ne, an apud Superos  
plures essent Maiorum suorum; vbi  
plures, utpotè à recta fide alienos,  
apud inferos esse haud dubiè compe-  
rit; satius est, inquit, ut plures sequare  
itaque Baptismi expers, haud diu su-  
perstes, Maiorum, ut optavit, nume-  
rum, apud Inferos, auxit.

Theop. Nascitur hoc anno Leoni Aug. Fi- Cōstan  
& Ce- lius Constantinus, qui, dum sacra ab- tinus  
dren. lueretur aqua, lauacrum stercore in- Copro-

quinavit, ex quo Copronymus postea nymus  
est dictus. sanè Germanus Patriarcha nasci-

polluturum eum olim sacra omnia, tur.  
tum prædixit, quod euentus postea Prædi-  
comprobavit. ctio de

Chri. Subindè, nondum annuus infans, eo.

Ann. Augustus à Patre dicitur, ac solemnè Augu-  
720. ritu

*stus di-* ritu ab eodem Germano inauguratur.  
*citur.* Quo tempore Carolus Martellus  
*Carol.* Gallix Regnum pro arbitrio admini-  
*Mar-* strabat. Homare porrò Sarracenorum  
*tellus.* Principe è viuis sublato, indicta ab eo  
 in Christianos persecutio finem ac-  
 cepit.

*Synod.* Octauum agebat Pontificatus an- *Chri.*  
*Romæ.* num Gregorius cum, Synodo Romæ Ann.  
 coacta aduersus illicita coniugia acri- 721.  
 ter perorauit, atque Anatemate eos  
 perculit, qui contra præscriptas ab Ec-  
 clesia leges, matrimonio cum sacratis  
 Deo Mulieribus iungerentur.

*Syrus* Hoc eodem anno Impostor qui *Theop.*  
*Impo-* dam Syrus Messiam se esse audacter  
*stor.* mentis, Iudæorum complures, non  
 insolenter, seduxit.

Apud Armeniam quoq. Manichæi *Chri.*  
 hoc tempore, vt sæpius. Prouinciam Ann.  
 perturbantes, à Leone Aug. compres- 722.  
 si sunt, qui & Iudæos Ad Baptismum  
 compulsi.

*S. Boni* Quod ad res spectat Occidentis,  
*facius.* cum ad Gregorium de Bonifacij, quæ  
 in Germaniam legauerat, rebus præ-  
 clare in Fide inibi propaganda gestis,  
 perlatum fuisset, placuit illum, Romam  
 accersitum, Episcopum consecrare,  
 quod sequenti peractum est anno. hoc *Chri.*  
 tamen non antea præstitum, quam Bo- Ann.  
 nifacius ipse rectæ Fidei professionem 723.  
 emitteret, atque in Rom. Pontificis  
 verba iuraret. dimissum porrò Bonifa-  
 cium

cium Gregorius commendatitijs literis compluribus munit, *quarum exemplum hic habes.*

Concil. Dum apud Occidentem ita se res  
Nicen. habent, monstrum oritur apud Orientem, cuius cornibus Ecclesia diutius exagitata est. hæc est Hæresis *Icono- Icono- clastarum*, quæ hoc anno Gizidis Sar- *mach. racenorum* Principis edicto est pro- *ortus.* mulgata, Authore Iudæo quodam Im- postore, qui diuturnum illi Regnum hoc præstito, est pollicitus. cæterum Gizide intra sexquiannum extincto, Vlidus eiusdem filius, Iudæo, quasi Parentis interfectore, supplicio effecto, imagines quoque Templis tum reddi iussit. Verum eninverò alijs postea, ut tradunt, Iudæis Leonem Augustum *Leo à* fascinantibus, deiectum paulò ante, *Iudæis* monstrum vivacius reuixit. *dece-*

Chri. Magnæ interim, ex Bonifacij predi- *pius.*  
Ann. catione, apud Germaniam, Euangelio *S. Boni*  
724. credentium accessiones fiebant; itaq. *facij* cum illius ubiq. fama increbresceret, *res ge-* gratulatoriæ ad eum Epistolæ undique *sta.* afferebantur, *quarum exempla apud* Authorem, si libet, hic require.

Sur. 8. Eodem fere tempore S. Corbinia- *S. Cor-*  
Sept. nus Frisingensis apud Germaniam Epi- *binia-* scopus, laboribus perfunctus maximis *nus.* in Christi fide ea in Regione propa- gāda, Romā profectus, missionē apud Gregorium Pontificem ab Episcopali munere expetijt, nec impetrauit.

Sar-



*S. Au-* Sardiniam hoc tempore Sarraceni Chri-  
*stini re* obtinebant, apud quam Insulam fan- Ann.  
*liquia.* tissimi Antistitis Augustini Reliquiæ 725.  
 erāt ex Africa (quod alibi tradidimus) *Oldr.*  
 Vandalica grassante persecutione, il- *ep. ad*  
 luc translatae. eas Luitprādus Rex ma- *Carol.*  
 gno à Barbarus redemptas precio, Ti- *Ma.*  
 cinum transtulit. Ijdem porrò Barbari *sup. ad*  
 eodem ferè tempore Galliam ex Hi- *ann.*  
 spania irrumpunt, Eudone illos Aqu- 504.  
 taniæ Duce aduersus Carolum Mar- *P. Dia.*  
 tellum euocante, à quo tamen ad in- *l. 6. c.*  
 ternecionem cum Rege Abdirama- 14.  
 cæsi, Caroli potentiam, ac gloriam  
 immanè quantum auxerunt.

*Leonis* Decimum agebat in Imperio an- Chri.  
*edictū* num Leo, cum, sacrilego edicto pro- Ann.  
*in sac.* mulgato, sacras vbique Imagines de- 726.  
*imagi-* leri iussit, earumque plurimas nactus, *Theop.*  
*nes.* ipsa in Vrbe Regia concremauit; quo *Ep. Ce-*  
 cognito Gregorius, coacta Romæ *dren.*

*Synod.* Synodo sacras imagines retinēdas sta-  
*Roma.* tuit: nouam hæresim ipsumque adeo  
*Leo Im* Authorem Augustū Anathemate per-  
*per. ex-* culit: subditos eidem Populos, sacra-  
*cōmu-* mento solutos, à tributorum solu-  
*nica-* tione exemit: quod quidem ex Græ-  
*rus.* cis scriptoribus habemus. verum  
 continuisse eum potius in officio Ita-  
 los spontè sua Græcorum iugum de-  
 trectantes, discere ex eo possumus,  
 quod aduersus Luitprandum, qui Ra- *P. Dia.*

*Vrsus* uennam, pulso Exarcho, occupaue- *Andr.* Chri.  
*Venet.* rat, Vrsi Venetiarum Ducis Auxilium *Dand.* Ann.  
*Dux.* implorans 727.

imploravit, nec incassum. Luitprandus  
quippe Rauēna cedere coactus, Exar-  
chus, qui aufugerat, restitutus est.  
acriores quidem Gregorium in Leo- *Grego.*  
nem dedisse literas, omnes affirmant. *Leonē*  
*has non ita pridem gracè, ac latinè arguit*  
*editas viroque idiomatè apud Autho-*  
*rem hìc habes, quibus & alteras, non*  
*antea, vt testatur, editas addit.* Vbi  
se literis haudquaquā proficere Gre-  
gorius animaduertit, Legatos Byzan-  
tium misit, quos Leo, nulla iuris Gen-  
tium ratione habita, carceri statim  
mancipatos, exilio indè mulctauit: in-  
super & ipsi Gregorio Pontifici insi-  
dias struxit, quibus detectis, & con-  
iurati à Romanis interfecti sunt, &  
Italiæ pars maxima, quæ sub Romano *Italia*  
erat Imperio, ab eo abrupta est. ini- *à Leo-*  
tum insuper cum Carolo Martello *ne de-*  
aduersus impium Augustum foedus, *ficit.*  
illius consilium inferendi Italiæ belli,  
disiecit.

Sub eiusdem anni exitum Bonifa-  
cius Germaniæ Apostolus per Danua-  
lem Presbyterum Romam legatum  
Gregorium Pontificem consulit de  
compluribus in Apostolico obeundo  
munere subortis dubitationibus, ad  
quas omnes responsum extat, perpe-  
ram tamen inter Gregorij III. Episto-  
las collocatum legitur.

Hoc tempore egregium catholicæ  
fidei aduersus Leonem Aug. traditâq.  
ab

ab

*Io. Damascenus.*

ab eo hæresim nauabat operam Germanus Patriarcha, ac Ioannes Damascenus, ut illius Epistolæ, quæ extant, Huius verò non vnius generis lucubrations docent. Cæterum Clafsarij Leonis milites, ac Duces arma in illum, pietate licet suadente, inconsultè tamen inferentes, superantur: cladi porrò superstites supplicio afficiuntur.

*Eiusgenus.*

Erat Ioannes Damascenus summo Christi apud suos loco natus ob morum tamen probitatem magis, quam ob generis splendorem à Sarracenorum Rege, cuius Ditioni suberat, apprimè carus, interque Aulæ Proceres consiliorum eius participes adscitus. huius dicendi scribendique libertatem (nam in nouam hæresim stilum, ut diximus, acuerat) Leo Aug. indignè admodum ferebat, ergo cum homini, qui Sarracenis subesset, eorumque apud Principem gratia in primis polleret, obesse alia ratione haud posset, ad dolos conuersus, Ioannis caractere, quam simillime, effictio, illius quasi ad se literas datas, quibus Urbem se proditurum spondebat, ad Sarracenorum Regem mittit. Is caracteris, similitudine deceptus, re haud alia ratione discussa, in furorem actus, Ioanni dexteram amputari iubet. at Vir Sanctissimus ita, ut erat, cruentatus, ac non tam vulneris quam intentati criminis dolore cõfectus, ante Deiparæ Virginis imaginem

*Dolo à Leone petitur.**Mirū de eius dextra.*

Ann. 719. An. in G. gor.

ginem prouolutus, dextræ simul, ac læsæ restitutionem famæ, effusissimis apud eam precibus exposcit. mira res: somno, à quo fuerat correptus, excitatus, dextram ita restitutam cernit, ut tenuis nihilominus cicatrix abscissionis testis appareret. re à Principe cognita (quamquam non statim miraculo fidem habuit) Ioannis simul innocentia, Leonis detecta fraus est. tum vir Dei tandiù precibus apud eundem Principem egit, donec honesta missione impetrata, ex Aula Hierosolymam abiit, monastico tum iulcepto vitæ genere, Ecclesiam deinceps morum sanctitate, ac luculentis editis commentarijs magis, magisque illustrauit. eius res gestas Ioannes Hierosolymorù Patriarcha posteris tradidit.

*Aulã*

*deserit*

*Monas-*

*chus*

*fit.*

*Sutriũ*

*B. Pe-*

*tro do-*

*natũ.*

*Anast. in Gregor.*

Sutrium hoc tempore, Arx munitissima, Longobardorum armis intercepta, post dies quadraginta, Gregorio precibus apud Luitprandũ agente, donationis titulo, Apostolorum Principi, militibus inde reuocatis, collatum ab eo est.

*Chri. Ann. 719.*

*Anast. in Gregor.*

Leo interim per Exarchum foedus cum Luitprando Longobardorum Regis ferijt auxilia ad debellãdos Spoletanum, ac Beneuentanum, eius ipsius Gentis Duces pollicitus, dum tamen Rex ipse Romanam Urbem, quæ Gregorum iugum excusserat, iunctis viribus, expugnaret. Gregorij hoc foede-

*Leonis*

*Re-cum*

*Luit-*

*prãdo*

*foedus.*

*Apud Ticen. synod.*

*Chri. Ann. 28.*

*Roma* re haud dubiè caput petebatur, qui  
*obsessa* tamen amborum armis, Vrbe obsessa,  
 ita non est territus, vt adire in castris  
 Regem non sit veritus. itaque Ponti-  
 ficis maiestate motus Luitprandus, ad  
 eius sese pedes, non placatus modo,  
 sed etiam horrore quodam percussus,  
 prosternit, Apostolorum Tempia sup-  
 plex adit, ac militaribus ibidem posi-  
 tis indumentis, conciliatis simul Gre-  
*libera-* gorio, atque Exarcho, exercitum re-  
*tur.* ducit innoxium.

*Cometa* Hoc eodem anno Cometæ duo *Bed.*  
*ta duo.* mortales terruere, quorū vnus orien- *Hist. l.*  
 tem antecedebat solem, occidentem *5. c. 24*  
 subsequēbatur alter. diram ab his cla-  
 dem prænunciatam, quam Gallia postea  
 Sarraceni intulere, eius tempo-  
 ris Scriptores existimarunt.

At impius Imperator, quo minus *Chri.*  
 veritate nitebatur, eò vim magis adhi- *Ann.*  
 bendam ratus, Germanum Patriarchā *730.*  
 blanditijs diu frustra tentatum, vi deij- *Theop.*  
 cit, plagisque, ac contumelijs affe- *Dama*  
 ctum, exilio mulctat. Cleri porrò suf- *sc. or. 2.*  
 fragijs ne in speciem quidem requi- *Sur. l.*  
 sitis, Anastasium assentatorem egre- *Iun.*  
 gium, suæ fauentem hæresi, eius in

*Leo* Sede collocat: tum demum Leonem  
*Imp.* Anatemate à Gregorio percussū Scri-  
*excō-* ptores omnes consentiunt.

*muni-* XVII. Pontificatus anno Gregori- *Chri.*  
*catur.* us diem obit extremum Successorem *Ann.*  
*Grego.* nactus eiusdem nominis Gregorium, *731.*  
*obitus.* qui

qui tertius numeratur, Hic Gregoriū Grego  
Præsbyterū ad Leonem legat, qui, By- *III.*  
zantium ubi peruenit, illius iram per- *succe-*  
timescens, Pontificis, quas ferebat, li- *dit.*  
teras Augusto reddendas, quod acio- *Eius*  
res eas esse sciret, Romam, Legatio- *seueri-*  
ne utcumque functus, retulit; ea de *tas.*  
causa excommunicationis sententiæ  
subijciendus cum esset, Episcoporum,  
quos Pontifex ea super re coegerat,  
precibus eam euitauit, ita tamen, ut  
non omninò meritam præuaricationis  
poenam euaserit; quippè eidem impe-  
ratum, ut Byzantium remeans, eisdem  
Augusto literas redderet; quod dum  
sequenti anno summa cum animi co-  
stantia, prestat, ex itinere, apud Sici-  
liam comprehensus, Leonis iussu exi-  
lio mulctatus est.

Impius porrò Augustus Sacerdota- *Leonis*  
lis ordinis Viros, suæ aduersantes hæ- *perse-*  
resi, adortus, quos leuissimè, exilio pu- *quatio*  
niebat, sacrorum martyrum numerum  
in dies augens.

Audierat de Gregorij obitu, à quo *S. Bonè*  
Apostolatum acceperat Bonifacius; *facius.*  
igitur nihil prius habuit, quam ut re-  
rum a se gestarū rationem Successori  
redderet, tum super gerendis deinceps  
cōsuleret. Legatos proinde Romā de-  
stinat, quos Gregorius benignè, ut par-  
erat, susceptos, datoq. ad Bonifacij cō-  
sultationes, responso, *cuius exemplum*  
*hic habes,* benè illis precatus, dimisit.

*Beda* Ad hunc usque annum, qui Sæculi est  
*histo-* alter, ac trigesimus, Beda Historiam à  
*ria fi.* sè conscriptam deducit, ad cuius fi-  
*nis.* nem de se addit non nulla. ipsius por-  
 rò operum catalogum ad finem Epi-  
 tomes habes. cæterum de illius obitu,  
 qui, quoto acciderit anno, non satis  
 constat, ipsius Discipuli extat epistola

*Eiusdè* hic relatas; ubi & tanti Viri elogia  
*elogia.* quedam ex Veteribus afferuntur.

Hoc eodem anno, qui Galliam ite- *Pithe.*  
 rum inuasert Sarraceni, iterum à *Chro.*  
 Carolo vincuntur, fuga porrò elapsi  
 naufragio pereunt.

*Constā* Ad sequentem annū spectant Con- *Chri.*  
*tini nu* stantini Leonis Filij nuptiæ cum Gaia- *Ann.*  
*ptia.* ni Filia, quæ, Christianis sacris initiata, *732.*  
 Irene est appellata. diuino autè con-  
 filio factum videtur, vt barbara Mulier  
 catholicam simul fidē ita amplexa sit,  
 vt per summā animi constantiam Vi-  
 ro, ac Socero obnitentibus, tueri  
 eam numquam destiterit.

Subindē Leo classem validam in Si- *Theop.*  
 ciliam mittit: Italiæ populos, qui iu-  
 gum excusserant, debellaturus. eo ter-  
 rore Siculos, ac Calabros graui impo-  
 sito tributo domuit, Romanæ Eccle-  
 siæ apud eam Insulam patrimonium  
 Fisco addixit. ceterum haud ita multo  
 post classe apud Superum mare, vi  
 tempestatis, disiecta, Itali reliqui ti-  
 more soluti sunt.

Gregorius interim, Tyranni armis  
 haud-

haudquaquam territus, Concilium *Synod.*  
Romæ cogit Episcoporum propè, *Roma.*  
C. quo sacrarum Imaginum cultum  
decreto iterum sancit: nouam hære-  
sim explodit, ac damnat: tum nouum  
ad Leonem Commonitorium mittit;  
quod tamè ita non est receptū, vt illius  
delator custodiæ, ex more, traditus,  
post annū demū contumelijs, atq. iniu-  
rijs abundè affectus, dimissus sit. Iā ve-  
rò qui scriptis adstruere sacrarū Ima-  
ginum vsum voluit Gregorius, facto  
quoque stabilivit, ex his pluribus apud  
præcipua Urbis Tempia consecratis;  
qua de re Anastasium consule.

Chri. Ad legationes hæctenus ad Leonem *Multi*  
Ann. missas, placuit Gregorio duplicem *plex*  
733. hoc anno illius Principatus octauo, *ad Leo*  
*Anast.* eadem ex causa, ad illum decernere: *nē Le-*  
*gatio.* alteram ipsius Gregorij nomine: Ita-  
liæ totius alteram, quibus pristinum  
eidem obsequium, ac tributorum so-  
lutio spondebatur, dūm quiescere Ec-  
clesiam sineret, ac sancitas à maiori-  
bus leges custodire. cæterum vtraque  
in cassum cecidit haud disparem à su-  
perioribus exitum fortita.

Hoc tempore, quemadmodum *Mar-*  
apud Galliam Carolus Sarracenos ex *telli vs*  
Hispania irrumpentes vicit; ita apud *Floria.*  
Germaniam, Bonifacius recens ortam  
in Bauaria hæresim, diuino spiritu dis-  
flauit ita, vt ne cuiusmodi quidem  
fuerit, notitia ad posteros peruenerit.

pithe.  
Chri.  
Chri.  
Ann.  
732.  
Theop



Quatuor qui sequuntur anni vix ali- Christi.  
quid memoratu dignum exhibent, præ. Ann.  
ter Martyrum apud Orientem certa- 734.  
mina Leone cruenta bestia id dies ma- 735.  
gis sæuente. horum quidem postremo, 736.  
qui sæculi fuit septimus, ac trigesimus, 737.

*Coelus* Coeluulfus apud Angliam Rex, cui  
*ulfus* conscriptam à se Historiam Beda nun-  
*Rex* cupauit, Regijs pompis valere iussis,  
*Monas-* monasticum vitæ genus amplexus est.  
*ebus fit* Exinde Bonifacius rerum apud Ger- Christi.  
maniam gestarum fama clarus, ad Apo- Ann.  
stolorum limina accessit; vbique, Ro- 738.  
mæ in primis, non secus, ac demissus  
è cælo Angelus exceptus, auditusque.  
ante discessum, SS. Martyrum reliquijs,  
alijsque utroq; dignis muneribus dona-  
tus à Gregorio est, tum literis ad com-  
plures Germaniæ Populos, atque Epi-  
scopos, *quæ hic recitantur*, munitus.

*Sarra-* Per idem tempus Sarraceni Prouin-  
*ceci à* ciam (quæ Regio est Galliæ Narbo-  
*Mar-* nensis) inuadentes, Caroli armis ite-  
*zello* rum fusi, fugatique sunt.  
*victi.*

*Alfon-* Quo etiam tempore Alfonso, quæ  
*sus Hi-* alij Adelfontum vocant, Pelagij Ge-  
*sp. Rex* ner, Socero, ac subindè illius Filio Fa-  
uila extinctis, summo illius Gentis bo-  
no; Rex à profugis Hispanis appe-  
latur. Is, quod ex Recaredi stirpe esset,  
*Catho* Catholicum nomen, illi olim ab Episco-  
*lici no-* rum Concilio delatum, adsciuit, rebus-  
*mè su* que postea fortiter, piæque gestis pro-  
*mit.* meritus, retinuit.

As

Chri. At vero Bonifacius in Germaniam re- *S. Boni*  
Ann. dux, apud Boiarios moratus, eius quo- *facij*  
739. que culturam agri foeliciter suscepit, *res ge-*  
eumque quadripartitò diuisum, ele- *sta.*  
ctis à se Episcopis attribuit; Erimber-  
tum Frisiæ Gentis Ecclesiæ, Ioannem  
Salisburgensi Oppido: Vuinilum Pa-  
tauienti: Gunibaldum Ratisbonæ, quæ  
Prouinciæ erat Metropolis. quibus de  
rebus certior Rom. Pontifex à Boni-  
facio factus, datis ad eum literis. *qua-*  
*rum exemplum hic habes*, cuncta ut  
ritè, ac rectè getta comprobauit.

*Anast.* Hoc eodè anno Trasamundus Spo-  
*in Za-* letanus Dux à Luitprando Rege infe-  
*car.* sto agmine appetitus, Romam confu-  
gerat; cum verò dedere illum Romani  
abnuerent, Vrbs a Luitprando obfessa *Roma*  
est, & Vaticanum Principis Apосто- *obfessa.*  
lorum Templum spoliatum. cæterum  
Rege tum quidem recedente, Trasa-  
mundus amissum statim Principatum  
recepit, atque iterum Regis in se ar-  
ma conciuuit. His igitur inter sese dis-  
sidentibus, in maximum Italia discrimen adducta est.

Chri. Itaque Gregorius honorifica ad  
Ann. Martellum Legatione instituta, enixè  
740. illum ad opem Italis aduersus Longo-  
bardos ferendam, hortatus est.

Bonifacius autem, ex Gregorij præ- *Synod.*  
seripto, Synodum Augultæ Vindelicor- *Augu-*  
rum cogit, licet alij ad Danubium *stana.*  
coactam tradant.

Eodem ferè tempore Ina Saxonum  
Occidentalium apud Angliam Rex  
nuncium Regno cum Vxore Edilbur-  
*Regnū* gha remissurus Ditionem omnem Ro- *infra*  
*Rom.* manæ Ecclesię vectigalem fecit, quod *anno*  
*Eccl.* ab alijs quoque eiusdem Insulæ po- 775.  
*tribu-* steà Regibus, eius exemplo factum 847.  
*tariū.* constat. huiusmodi sanè vectigal ad 869.

Henricum vsque huius nominis VIII.  
qui, cum Gente ferè vniuersa, ab obe-  
dientia Rom. Sedis desciiuit Patrum  
nostrorum memoria, persolutum est,  
*Terra.* Hoc item anno terremotu concussa *Theop.*  
*motus.* est Thracia atque Bithynia vehemen-  
tius, à quo Vrbes complures funditus  
excisæ sunt, Byzantium in primis, col-  
lapsis moenibus, atque augustioribus  
quibusque ædificijs, mirum in modum  
est deformatum.

Ea succussione, quæ, anno ferè Chri.  
integro subindè veluti reuiuiscens, Ann.  
*Leonis* grassata fuerat, quiescente; Leo Ico- 741.  
*Imp.* nomachus quintum, ac vigesimum in *Theop.*  
*obitus.* Imperio annum agens, mortalibus *Gr. Ce-*  
æquè, ac Superis inuisus, moritur; hoc *dren.*  
*Constā* perniciosior, quod deteriorem Filium  
*tinus* hæredem reliquit. Hic statim promul-  
*fil. suc-* gatum antea à Leone Patre edictum  
*cedit.* aduersus sacrarum Imaginum Culto-  
res affigi iussit. cæterum meditatam  
aduersus Catholicos bellum gerere  
tum quidem nequijt, Imperij æmulum  
bello petere coactus. Artabasdus Cu-  
ropalata Is fuit, qui quod strenuam  
Leo-

Leoni operam in adipiscendo Imperio, Armeniæ tum Prætor, nauasset, Leonis Filix nuptias promeruerat. igitur cum Constantini insidias detexisset, aperta illum vi statuit adoriri. sumptis itaque actutum armis Augustum fuga sibi consulere haud ægrè compulit: ipse, utpote Orthodoxus, Byzantij receptus, Imperator maximo cū Vibis plausu acclamatur. cumque Constantinum ex fuga interceptum, cæsūque fama vulgasset, eius quoque infantes Filij aut cæsi pariter, aut, attonsi prius, carceri sunt mancipati. tum Anastasius Patriarcha ad Urbem nouo Augusto concilian- dam, Constantini impietatem, viuifi- cam Christi Crucem manu tenens, patefecit, iureiurando frequentissimū apud Populum testatus, dixisse eum si- *Conflā* bi nec Christi se diuinitatem, nec Ma- *tini im* riæ Matris Virginitatem credere; cæ- *pietas.* teraque christianæ religionis dogma- ta aniles fabulas existimare. quibus auditis, qui adstabat Populus horrore perculsus, probra in illum, ac blasphemias iactare certatim occepit.

Hoc tempore Euelid Rex Arabum *Euelid* captiuos apud se Christianos magno *Rex* numero interfecit, quorum pro fide *Arabū* certamina, Scriptorum inopia silen- tio sunt obruta, Encomijs alioquin maximis celebranda. *Grego-*

Quo item anno Gregorius Ponti *rij PP.* rex *Co.*

**Caroli** rex Romæ, Carolus cognomēto **Martellus** apud Galliam, pari gloria, decessit. quod autem Urbis obsidio metueretur, haud cunctatus Rom. Clerus

**Zacharias** Zachariam Græcum hominem Grægorio substituit. *Sur. 4. Ian. 6. 20. Febr.* *pa. obitu, deque illius ad inferos damnatione ab aliquibus traduntur commentitia esse, pluribus hic Author ostendit, quem require.* *Gratia. 16.*

**Nicephorus** Artabasdus interim exercitum in Constantinum ducturus *9. 1. 6. 59.* **Artabasdi** Anastasij Patriarchæ Iconomachi ministerio peractum Deo haud quaquam *Chil. Ann. 742.* *per. fuisse gratum, euentus postea comprobavit. prælio quippè into, Artabasdus vincitur, suorumque cladi lapsus.* *Theop. 6. Cedren.* **Artabasdus** vincitur. *perstes* agrè Byzantium recipit sese. *exinde* resumptis utcumque viribus, *Nicetam* Filium natu minorem in hostem iterum immittit; à quo haud dispari exitu pugnatum est.

Ad hæc aliæ Orientale Imperium clades vexarunt, frugum inopia, ac terræ motus.

Quo tempore, **Euelide** Sarracenorum Principe extincto, **Cyzid** sublegitur, à quo (quadraginta demum post annos Antiochenis Civibus Patriarcham sibi constituere permissum est.

Illud quoque inter anni huius fasti numerandū; simul etenim **Cosmas Alexandrinus** Patriarcha **Monotelitarum**

rum hæresi diuino instinctu abiurata  
Catholicæ Ecclesiæ est redditus.

Insuper Damasci Episcopus Petrus,  
zelo fidei in Maometicam supersticio-  
nem acrius inuectus, lingua est mul-  
ctatus, quam pariter ob causam alij  
non pauci martyrij palmam adepti  
sunt.

Sur. 5. Celebratur hoc eodem anno apud *Synod.*

*Iun.* Germaniam Synodus a Bonifacio Za- *apud*  
chariæ iussu, Carolomano Martelli Fi- *Germ.*  
lio natu maiore permittente. *extant Carolo*  
*Synodi huius Acta ab Auctore huc al-*  
*mana*  
*lata, ex eoque, ut libet, perenda.*

Luitprandus hoc tempore apud In-  
terannam cum exercitu erat. ad illum  
itaque profectus Zacharias, ira apud *Zacha*  
eum perorauit, vt non ablata modo *ria au.*  
reddere, sed de suo iusuper multa *thori-*  
Rom. Ecclesiæ donare omnium cum *tas.*  
admiratione, compulerit.

Chri. Sequenti quoque anno, cum Rex  
Ann. idem Rauennam obsideret, Zachariæ  
743. illuc delati precibus ab incepto desti-  
*Anast.* tit; vt immeritò Græci de Romanis *Græco-*  
*in Za-* Pontificibus queri videantur, quod *rū que-*  
*char.* ipsorum opera Occidentali Imperio *rela.*  
exuti sint. id enim non antea factum  
constat quam ipsi iisdem Græci tutan-  
dæ Italiæ curam omnem abiecerint.

Exindè in Urbem redux Zacharias *Synod.*  
Conuentum inibi Episcoporum cele- *Roma.*  
brat; in eo vetiti sunt Episcopi, ac  
reliqui sacra Deo Viri, Mulieres do-

mi habere, insuper Sacerdotalia indumenta nisi longioris itineris causa deponere. coniugia, ex veterum Canonum præscripto illicita, iterum inhibita: insuper & superstitiosi cultus, cantusque, atque inanes choreæ.

*Const.* Profugus iterum Constantinus *Thoop.*  
*Byzan* do comparato exercitu, Byzantium *Cedrô.*  
*tium,* delatus. Urbem rerum omnium inopia *& Zo-*  
*recipit* laborantem obsidet, eaque haud ita *nar.*  
 multo post potitur. Artabasdum, ac Fi-  
 lios fuga elapsos, ex eaque retractos,  
 excæcat: mox in Hippodromû ostentui  
 Populo inibi frequentissimo producit:  
 alios insuper magno numero diuersi  
 generis supplicijs afficit. in his  
 Anastasiû Patriarcham Asino inuersum  
 impositum circumduci, ac verberibus  
 cedi iubet. Ad hæc cû rescisset Rauênæ *Anast.*  
 Exarchatû Zacharię opera à Luitpran- *in Za-*  
 di inuasionem exemptum, ad Pontificem *char.*  
 demerendû, atq. in fide, officioq. cõtinendû  
 prædia quædam, quę iuris erant  
 Imperij, Romanæ Ecclesiæ attribuit.  
 Byzantijs exindè Ciues, quos sæu- *Chri.*  
 exterruerat, delinire, ac demereri *Ann.*  
 omni ope studet. *744.*

Hoc anno, qui sæculi est quartus,  
 ac quadragesimus, data reperitur Za-  
 chariæ Epistola ad Pipinum, aliosque  
 Germaniæ Priuceps, atque Episcopos,  
 quæ XXVII. distinctis capitibus con-  
 trouersias fere omnes in sacro ministe-  
 rio subortas dirimit. *hanc Lector ab*

*AN-*

Authore huc allatam tute consule . ea  
per scripta , Zacharias Bonifacio man- Synod.  
dat, Concilium vti cogat, deque om- Ger-  
nium custodia inter Episcopos agat ; mani-  
quod ritè à Bonifacio peractum est . ca.

P. Dia. Moritur hoc eodem anno Luitpran- Luit-  
sub fin. dus cù annos regnasset amplius XXX. prædi-  
hist. Lō eo extincto sublegitur Hildebrandus obitus.  
gob. ipsius Nepos , qui septem vix menses ilde-  
regnavit , in ordinem à suis redactus , bran-  
quod asperis esset moribus , atque in dus sue  
fæuitiam abiturus videretur. huic igi- cedit .

Anast. tur, bono omine , Rachis Foroiulien- Ilde-  
in Za- fium Dux fortis , ac sapiens subroga- brādo  
char. tur , ad quem statim Legatos de Pace Rachis  
Rom. Pontifex mittit, quorum opera  
firmata Pax est ad annos XX.

Inter hæc Hispania præclaris Al. Alfonsi  
fonfi Catholici Regis facinoribus illu- facinor-  
strabatur ; scriptorum tamen inopia ra.  
pleraque omnia silentio sunt obruta :  
illud constat , Vrbes eum plurimas de  
Sarracenis recepisse , fidem Catholi-  
cam , ab his pessundatam , restituisse ,  
ac propagasse , ne Catholici titulus  
gratis assumptus videretur . Regnī  
fines ita protulit , vt Asturiæ Galle-  
ciam adijceret .

Chri. Succrescentes porrò Germanico in  
Ann. agro , licet nauiter exculco , subindè  
745. errorum Spinę, Apostolica iterum fal-  
apud ce succidendæ fuere . tertium itaque  
Suriū Concilium à Bonifacio celebratur ; Cōcil.  
ubi su quo peracto, illius Acta Romā, à sum- Germa-  
pra. mo niti.

oop.  
drö.  
Zo-  
r.

nast.  
Za-  
nar.

Chri.  
ann.  
44.



mo Antistite probanda, transmittitur, quibus ille receptis, viciniore Urbi Episcopos, ac Romanos Presbyteros, qui Cardinales dicti sunt, apud Lateranum cogit. *quid tum ibidem actum, quaque in disquisitionem uecata sint, ex Authore ea fusè hic referente disces.*

Sexto, ac quadragesimo eiusdem Christi sæculi anno ciuili inter se bello decerant Sarraceni. Quo tempore Palestina, ac Syriam vniuersam caligo infueta, ac terræmotus terrore maximo effecerunt. tum exorta apud Calabria motus, vulgaris lues, Siciliam mox adorta, Byzantium vsque peruasit, quam Urbem triennio fere depasta, Ciuiibus exhausta. Res tum accidit admiranda: lue tactos cæruleæ statim Cruces, ac veluti ex oleo pellucentes impressæ vestibus designabant: eo indicio mors, vt certa, sic proquina, notabatur, vt immittam diuinitus cladem vnusquisque agnosceret.

Ad sequentem annum plerique referunt Carolomani Francorum Principis Romam aduentum, cum, Regijs pompis remisso nuncio, Cassinū indè petijt Monasticum eo in Coenobio indamentum, vitæque genus, raro ad posteros exemplo, suscepturus. Per idem tempus sanctissimus Herbipolensis Episcopus Burcardus ad Apostolorum limina accessit, secumq.

Boni- 743.

Bonifacij literas ad Zachariam detulit, quæ consultationes, ex more, continebant, quod ex redditis à Zacharia literis compertum habemus.

Chri. Subinde Syria terræmotu iterum *Terra-*  
Ann. concutitur, quo dehiscens alicubi tel- *motus*  
749. lus veluti viscera eructavit: montanæ *effectus*  
*Theop.* Vrbes aliquot ipsis, quibus infidebant, *mirr.*  
collibus subsidentibus vna cum Ci-  
uibus in plana dilapsæ sunt.

Chri. Haud ita multo post Rachis Lon- *Peru-*  
Ann. gobardorum Rex pacis alioquin stu- *sia ob-*  
750. diosissimus (qua ex causa non satis *sidentur*  
*Anast.* constat) nulla induciarum, quas pe-  
*Leo O-* pigerat, ratione habita, Perusi in ob-  
*stien. c.* sidet, obuia quæque ferro, ac flam-  
8. ma populatus. igitur Zacharias non  
aliunde, quam ex suo ipsius animi ro-  
bore, opem sibi implorandam ratus,  
ad Regem venit in castra, diuinamque  
illi intentans iram ni recedat, horrore  
quodam perfudit adeo, vt, soluta ob-  
sidione, Rex Romam progressus, se  
cum Vxore, ac filia Deo sacrauerit, *Rachis*  
Casinumque inde petens monasti- *Monas-*  
chum ibidem indumentum suscepit: *chus sit*  
Vxor porrò, ac Filia & ipsæ in Sancti-  
monialium coetu consenuerint. Ra- *Aistula*  
chisi Aistulfus Frater subrogatur, quo *fus.*  
de alibi sermo erit.

Sur. 7. Eodè fere tēpore Ricardus Anglo- *S. Ri-*  
Febr. nū Rex qui, Regno abdicato, duobus *cardus*  
cū Filijs Vuillebaldo, ac Vuinibaldo in *Angl.*  
Germaniā venerat, relictisque, ibidem *Rex.*

sub

sub Bonifacij discipina Filijs, in Italiam perrexit, ea sub priuati hominis habitu latè peragrata, Lucæ apud Hetruriam decessit, atque in sanctorum numerum relatus est. extat eius Epitaphium ea in Vrbe *ab Authore quoque inde exscriptum, hic relatum.*

*Hildericus.* Hoc tempore Hildericus apud Fran. Chri-  
cos, Regis non nisi nomen obtinebat, Ann.

*Pipinus II.* potestas Regia apud Pipinum erat. 751.  
Regni itaque Proceres Hilderici igna-

uiam pertæsi, Pipino authores sunt, vt de abrogando illi Regno apud Rom. Pontificem agat, & quando Rex ipse iam sit, Rex quoque dici velit. missi itaque hac de re Legati à Pipino ad Zachariam hoc anno sunt, qui decimus à Patris morte numerabatur. ergo Zacharias rē maturè discussa, Bonifacio, qui iam Moguntiaë erat Episcopus, negocium dat, vti Pipinum so-

*Pipinus Rex.* lemni ritu inungat, Regemque, Hilde-  
rico in Monasterium detruso, appellet. Chri-  
Ann.  
752.  
*Zacharia obiit.* quod sequenti postmodum anno Sues-  
sione, peractum est, quo & Zacharias  
Anast.  
ipse decessit, cum annos sedisset paulò  
115. amplius decem. Inter alia pietatis, ac  
munificentie illius opera illud traditur;

cum Veneti Mercatores in Urbem *Eiusfa-*  
venissent, multaque apud eam Man-  
cipia coëmissent, apud Africam alias-  
que Barbarorum, Prouincias distra-  
henda, indignum ipse ratus Christia-  
nos homines seruitutem apud Infide-  
les

les seruire ære, suo ex Venetis redemptos, liberos fecit. Eo ad huc superstite inuentum apud Lateranū Geor- S. Geor-  
gij Martyris caput, in ipsius Diaco- gij ca-  
niam ad Velum Aureum summo cum put.  
torius Populi plausu translatum est. Il-  
lud nequaquam est prætereundum, ab

Lup. eodem Zacharia indultum Pipino fuis- Episco-  
Abb. se, vt Regni Episcopos postularer, poruna  
ep. 81. siuè, vt vocant, nominaret, ab Apo- nomi-  
stolica deinde Sede probandos; vt natio.  
scias cum à Regibus deinceps Galliæ  
Ecclesijs Episcopos datos legis, id  
non proprio ipsorum Iure, sed Sum-  
mi Sacerdotis concessione fieri.

Anast. Duodecimo à Zachariæ obitu die, Stephanus  
in Za- Successor eidè legitur Stephanus qua- nus II.  
char. triduo non amplius superstes, quo fa-  
ctum est, vt eum quidam inter Ponti-  
fices non recenseant. eam ob rem non  
sine horrore quodã Rom. Clerus Vir-  
ginis opem imploraturus, in D. Ma-  
tris Basilicam ad Præsepe frequēs coit,  
ac antequam indè abscedat Stephe- Stephanus  
num alterum Apostolica in Sede col- nus III.  
locat; qui ab effusa in pauperes muni-  
ficientia Pontificatum auspiciatus Xe-  
nodochia statim complura, ac Noso-  
comia, aut instaurauit, aut instituit,  
annuis exindè censibus attributis. post  
hæc Legatos de Pace ad Aistulsum  
mitit additis regijs muneribus.

Pax itaq. tum quidem sancita est ad Aistul-  
annos XL. cæterum Rex foedisragus si persi-  
quar- dia.

quarto eam mense abruptit, grauique  
 iudicto Romanis tributo, bellum, ni pa-  
 reant, asperrimum denunciat. igitur  
 Stephanus venerabiles ad eum Abba-  
 tes iterum legat; Hi, ne audiri quidem  
 à Rege, ad sua se Monasteria referre  
 iussi redire ad Pontificem vetiti sunt.

*Nonã-  
tula  
Mona-  
steriũ.* Hoc eodem anno Anselmus Aistulfi *Sigeb.  
Chron.*  
 Vxoris Frater, pieratis instinctu, No-  
 nantulæ Monasteriũ in agro Mutinensi  
 construit amplissimis eidem latifundijs  
 attributis, & ipse postmodum Mona-  
 chus, vt ferunt, effectus, eiusdem Ab-  
 bas constitutus, ducentis ibidem Mo-  
 nachis diutius præfuit.

*Aistul-  
fus Ro-  
mã ob-  
sides.* Aistulfus porrò, quod minatus Ro- *Chri.  
Ann.  
753.  
Anast.*  
 manis fuerat, Romam cum exercitu  
 petens, omnia, ex itinere, flamma, ac  
 ferro populatus, arcta Urbem obsidio-  
 ne cingit. tum Pontifex Constantini  
 Aug. in primis auxilium sibi imploran-  
 dum ratus, Legatos ad eum mittit,  
 Italiæ totius à Longobardis discrimẽ,  
 eiusque amissionem, ni prestò actu-  
 tum sit, etiam, atque etiam ingerens.

*Const.  
Imper.  
nequi-  
tia.* at ille tantum Imperij simul damnum,  
 ac dedecus parui pendens, bellum,  
 quod Longobardis inferre debuit,  
 Catholicis infert, sacrarum cultum  
 Imaginum abrogare omni ope nitens;  
 vt fati superque constet, non antea  
 ab Italis Occidentale Imperium Gal-  
 lis oblatum, quam illius tutandi curam  
 omnẽ abiecerint Græci. illud explora-  
 tum

tum est, Stephanum Pontificem, antequam in Galliam ad Pipinum pergeret, Constantini Legato secum adducto, Aistulfum conuenisse, quæque, non Ecclesiæ modo, sed iuris quoque essent Imperij repetiisse; quo incassum tentato ad Pipinum demum accessisse. *Stph. Pipini adit.*  
 Nunquã antea Rom. Pontificis Maestas enituit magis: venientem, Episcopi in Italiam vsque, Pipini iussu, delati, *Pipini in eia* deducunt: Regis dein Filius Carolus, *obsequiã.* qui Magni postea nomen adeptus est, obuiam longius procedit: demũ Rex ipse ad tria passuum millia occurrit: tum equo desiliens venerabundus vna cum Coniuge, ac Liberis excipit, ac Pontificij equi frenum manu tenens, pedes ipse deducit, in Regiam.

Hoc item anno Anastasius Byzantijs Patriarcha Iconomachus diro absumptus morbo exinguitur. ferunt per os stercorea egerentem. cum anima diu lustratum, haud dubium diuinæ vltionis documentum dedisse.

Chri. Subindẽ Stephanus Parisios Regem  
 Ann. antecedit, quò postquam Pipinus quoque  
 754. que peruenit, ab eodem Pontifice  
*Anast.* cum duobus liberis, Carolo, ac Carolomano, Rex inauguratur; siue id  
*Theop.* post primam, vt diximus à Bonifacio *Pipini*  
*Hil.* peractam inaugurationem sit factum, *nus con*  
*dui.* siue illa haudquaquam præcesserit, *romã-*  
 scriptorum, ea de re, sententia non *est.*  
 vna est.

At

*Aistul* At verò Aistulfus Rom Pontificis  
*si cōs-* apud Galliam molimina veritus, ea  
*lium.* euertere, irritaque reddere omni ope  
 nitens, Carolomanum Pipini Fratrem  
 apud Casinum agentem impellit, vt  
 in Galliam proficiscens, Regem à su-  
 scipiendo Italiæ, atque Pontificis pa-  
 trocinio deterreat. res à Carolomano  
 strenuè apud Fratrem acta est, nisi si  
 quis forte id in speciè tantum factum  
 contendat. sanè Pipinum, haud cun-  
 ctatum, expeditionem in Italiam ma-  
 turasse constat. exercitum porrò non  
 cōparauerat modo, sed in ipsam iam  
 Italiam direxerat, cum eum Pontifex  
 per omnia, ( vt Anastasius ait ) diuina  
 mysteria, ac futuri examinis diem con-  
 testatus est, vt, antequam in Italiam de-  
 scēdat, nouam ad Aistulfum Legatio-  
 nem mittat, qua illum de ablati Rom.  
 Imperio, Romanæque Ecclesiæ Di-  
 eionibus dimittendis interpellet. id  
 cum incassum Rex religiosus præsti-  
 tisset, minasque sibi à furenti Aistulfo  
 intentari, inaudisset, causæ bonitati fi-  
 dens, ingenti animo bellum suscipit,  
 susceptum foeliciter gerit, ac conficit.

*Aistul* quippè Alpes statim transgressus, Ho-  
*fus vi-* stem acie victum in fugam vertit, ac  
*ctus.* Ticini obsidet, obsessum pacem pete-  
*Pacis* re compellit, quæ ea conditione fir-  
*condi-* mata est, vt Exarcatus, quæ Roman-  
*tionem.* diola nunc est, atque Pentapolis Rom.  
 Pontifici traderentur. His peractis,  
 Gal-

Galliam Pipinus, Stephanus Urbem re-  
 petunt. Porrò Stephanus S. Martyris  
 Dionisij Areopagitæ sacras Reliquias  
 Hil<sup>duin</sup> secum allatas, in extructo à se eidem  
 in A- Martyri Templo collocat, quo loco  
 reop. & Monasterium postea Templo adie-  
 ctum est à Paulo Stephani Fratrem, ac  
 Successore, Græcisque attributū Mo-  
 nachis *Schola Græca* est appellatum, *Schola*  
 quo nomine antiquū hodieque Tem- *Græca*  
 plum ad fluuij ripam, Tiberinam post  
 Insulam, appellatur, quod alio etiam  
 nomine *S. Maria in Cosmedin* nun-  
 cupatur.

Theop. Sed iam Orientale Imperium inui-  
 Conc. samus. cognominem sibi, nec dispa-  
 Nic. 2 rem moribus Patriarchâ Regiæ Vrbi  
 Constantinus dederat. ergò, eo indi-  
 cente, Synodum hoc anno qui Princi-  
 patus erat XIV. Byzantij cogit Epi-  
 scoporū amplius CCC. vt hinc Oriē-  
 talis Ecclesiæ ruinam agnoscas. *que*  
*porrò huiusmodi in Conuentu impie*  
*gesta, decretaque sint, noscere si quis*  
*cupit, Authorem adeat, ea hic fusius*  
*referentem.*

Chri. Vix dum in Galliam peruenerat Pi. *Aistul*  
 Ann. pinus, cum metu, vt videbatur, solu- *ph. per*  
 755. tus Aistulfus, ira in Pontificem, ac Ro- *fidia.*  
 Anast. manos æstuans, Urbem iterum inuadit, *Roma*  
 in Ste- tribusque eam mensibus obsidet. quo *iterū*  
 ph. factum, vt Stephanus Pipini iterum *obses-*  
 Leo O- fidem implorare coactus sit. extant *sa.*  
 stien. ipsius ad illum literæ obsidionis tem-  
 pore



pore, atque ante illam datæ ab *Authore hic relatæ omnino legenda*; ex quibus Aistulfi perfidia detestanda, ac sæuitia plus quam barbara agnoscatur, rum impietas aduersus suburbana Tēpla, ac Coemeteria non ferenda. Neq. id satis ducens maximo in discrimine cum suo grege positus Sanctus Pontifex, quod numquam antea factum per-

*Litera* *Petri* *Aposto* *li no-* *mine.* *dum.* *his acceptis Pipinus, validis ite-*

*Pipi-* *nus ite* *rū Ita* *liā pe-* *tit.* *rum cum copijs in Italiam venit, ob-* *sessumque Ticini Aistulfum, pacta su-* *periori anno inita seruare cogit. missi* *ab utroque Rege Legati sunt, qui tra-* *dendas Rom. Ecclesiæ Vrbes recipere-* *nt, secumque claues, atque obsides,* *Romam abducerent; quod & presti-* *tum ab eis est, maxima in Stephanum,*

*Rom.* *ac Pipinum gloria redundante. Vrbiū,* *Eccl.* *ac Regionum Rom. tum Ecclesiæ ditic-* *Ditio* *ni adiectarum nomina, cognoscere se* *ruclā.* *quis cupit Authorem hic eas recen-* *sentem consulat.*

Moritur eodem fere tempore Carolomanus Pipini Frater apud Galliam, quò ab Aistulfo, vt diximus, missus fuerat.

Par erat vt Germania nihil minus ab alijs Ecclesijs haberet quas Apostolici olim Viri instituisent. itaque hoc

In vit. hoc anno Vir Sanctissimus Bonifacius Boni-  
ap. Su- in Frisiam profectus, martyrio ibidem facij  
rium. coronatur, cum XL. ipsos annos am- Marty  
plissimæ Prouinciæ culturæ, maximo rium.  
cum fidei prouentū, operam nauaf-  
set. eius scitè dictum illud circumfer-  
tur, aureos olim Sacerdotes, calices Eius  
ad sacrificia habuisse ligneos, recen- scitè di  
centiores contra Sacerdotes ligneos sum.  
quodammodo ipses, aureos calices con-  
tractare consueuisse.

Quod ad res spectat Orientales,  
Manichæorum, hoc anno, hæresis,  
ac Paulinianorū apud Thraciam pro-  
pagatam Theophanes tradit. tum à  
peracto superiori anno Conciliabulo,  
persequutio in Catholicos Maxima  
sequuta est, quam, qui Stephani Iunio-  
ris pro fide certamen conscripsit, Au-  
thor deplorat.

Chri. Exinde Aistulfus, dum venatū per- Aistul  
Ann. git, diuino, vt ait Anastasius ictu per- si obi-  
756. cussus perijt. siuè id ex fulmine, siue tus.  
alio vltionis genere acciderit, non fa-  
tis docens. eius morte quod nulla ei  
proles superfuerit, bellum inter Lon-  
gobardos exortū est atrox, cui, (quod  
mirum) Rachis ipse demortui Frater  
Regno antea abdicato clarus, immi-  
scere sese non est veritus. quamquam  
Pontificis postea monitu, magna cum  
constantia, ac pietatis laude, & bello  
abstinit, & Desiderio Tusciæ Duci, Deside  
cui Pontifex fauebat, suffragatus est. rius  
Sanè Rex.

Sanè Desiderius ad captandam Pontificis gratiam, multa illi est pollicitus, quibus, suo postea malo, non stetit.

*Stephani* His ex animi sententia peractis, *Stephani* phanus, rerum gestarum gloria clarus, *Ann.* mortem obit quinto Pontificatus an- 757.  
*PP. obi* no vix dum exacto; ad gloriæ cumu- *Anal.*  
*zus.* lum, Paulum Germanum Fratrem Suc-

*Paulus suc* cessorem nactus: Hic, Pontificatu sta-  
*cedit.* tim inito, de Fratris morte deque sua ipsius electionem certiorum Pipinum reddidit, qui hoc ipso tempore Saxones, Germaniæ Gentem, domuit, ac tributarios fecit.

*Alfon-* Alfonso porrò, qui insignes de Sar-  
*si obi-* racenis victorias in Hispania retule-  
*rus.* rat, hoc eodem anno moritur. Froi-  
*Froila* lano Filio, quem Froilam alij appel-  
*succe-* lant, Regni, ac gloriæ hærede relicto;  
*dit.* qui tamen quæsitam bello, ac pietate laudem, fraterna, vt tradunt, nece maculavit.

Sarracenorū interim Princeps Habdala, qui apud Orientem imperitabat, subditos sibi Christianos Populos tributorum exactione, Templorumque expoliatione cōsuetō magis vexabat.

At Paulus Rom. Pontifex benè vsus *Chri.* Ecclesiæ pace, animum ad Tempa, ac *Ann.* Cēmeteria à Longobardis vastata, in- 758.  
stauranda animum adiecit, cuius pietatem æmulatus tum quidem Desiderius, & ipse regio sumptu Monasteria complura extruxit, ditavitque.

Apud

Apud Angliã porrò Eadbertus Rex Ead-  
Christiænæ Philosophiæ Studio Re-berius  
gnum viuens Osuulfo Filio admini- Angl.  
nistrandum tradidit. Rex.

Chri. Theop. Magorum, hoc tempore, complu- Osuul-  
Ann. res apud Persas, Dæmonis pellecti fus fil.  
757. fraude, cælum se volatu assequuturos Persa-  
Anaf. cum sperarent, præcipites vulgo sese rü in-  
dantes, per summam vesaniam interi- sania.  
bant. in horum primores non nullos  
Abd alas Princeps cum animaduertis-  
set, sectam aboleuit.

Chri. Bonifacio, vt iam diximus, Marty-  
Ann. rio sublato, ex his, qui ab illo aut sede  
759. moti, aut Ecclesiastica censura notati  
Sur. 16 fuerant Episcopi Conciliabulum co-  
Octob. gunt in quo S. Authomarum monaste- S. Au-  
rij S. Galli Abbatem integerrimũ dan- thoma-  
nant, falsis antea testibus circumuentũ, rus.  
rem gestam Vualfridus tradit, qui &  
diuinam in Pseudoepiscopos vltio-  
nem prosequitur.

Chri. Subindè Rex Pipinus Valfredum  
Ann. Aquitaniæ Ducem res Ecclesiæ inua-  
760. dentem bello petit, ac vincit, victum  
ablata reddere, datis obsidibus, cogit.

Chri. Altero, ac sexagesimo sæculi anno Synod.  
Ann. Paulus Romæ Synodum indicit, ea Romæ.  
761. præcipuè de causa, vt extructum pa-  
ternis in ædibus Monasterium, Tem-  
plumque inibi SS. Syluestri, ac Ste-  
phani Pótificum, sacris reliquijs dita-  
tum singulari prærogatiua, ac priuile-  
gio muniret. Extat ea de re Pauli di-

K ploma

Chri.  
Ann.  
757.  
Anaf.

Chri.  
Ann.  
758.

ploma ab Authore hac allatum, apud  
eum legendum.

Recruduisse hoc tempore Copro- Chri.  
nyni in Catholicos indictum bellum Ann.  
Theophanes, ac alij tradunt, quo 762.  
sanctorū Martyrum numerus magno-  
ss. An pere est auctus, in quibus Andreae *Sur. 17*  
*dreas*, Manachi cognomento Calibitæ, ac *Octob.*  
ac Ste Stephani virtus enituit, quorum cer-  
*phan.* tamen fusè hic ex Actis, qua. extant,  
*mart.* ab Authore traditur.

Excisa à Sarracenis Valentia Tarra-  
conensis Hispaniæ Vrbe, sacrae indè  
S. Vin. Vincentij Mart. reliquiæ in extremam  
centij Lusitaniam transtatae sunt. eoque in  
*mart.* Promontorio locatae, quod ab eodem  
*reliq.* postea S. Marryre nomen accepit in  
signi ibidem Monasterio excitato.

Constantinus interim Aug. infestos Chri.  
Rom. Imperio Bulgaros vincit, dequè Ann.  
his veteri more triumphum agit. Quo 763.  
tempore Turcæ, impetu in Armeniam *Theop.*  
facto, eam miserè populantur.

Rem mirā Theophanes tradit ipsum  
*Glaci-* se testem oculatum aduocans hyemis  
*es ad-* rigore maximo concretū Euxinū Pe-  
*mirā-* lagus fuisse adeò, vt glaciēs excreue-  
*da.* rit ad crassitiem cubitorum XXX. cum  
niue super glaciæ subindè decidente,  
atque obrigente, auctam ad cubi-  
tos L. ea porrò, cum Ver appete-  
ret, fatiscente, concretos veluti mon-  
tes in Propontidem, atque Ellespon-  
tum dilapsos spectaculo Byzantij Ci-  
uibus,

uibus, accolisque cæteris fuisse.

Chri. Ann. 764. 765. Dum apud Orientem sacrarū ima-  
ginum, ac reliquiarum cultus impij  
Principis iussu obsolescit, mirum in  
modum apud Occidentem augetur.  
itaque non Hispani modo, vt diximus,  
S. Martyris Vincentij exuuias, Barba-  
rorum subductas prædæ, honorificè  
condidere, sed & Galli, cum audissent  
Romæ à Pontifice Sacra cœmeteria  
perlustrari Metensem ad eum Episco-  
pum legant, sacraque per illum pigno-  
ra exposcunt, ac impetrant.

Chri. Ann. 766. Ad hæc Synodum Pipino annuente, *Synod.*  
celebrant in qua de sacrarum imagi- *in Gal*  
num cultu quæstio agitata est, ea for- *lia.*  
*Regin.* tasse de causa, quod per idem tempus  
*et si* Constantini Aug. Legati ad Pipinum  
*geber.* venissent, regiaque secum munera,  
*Chron.* inter quæ musicum Organum (recens *Musi-*  
inuentum) attulissent, à quibus haud *cū Or-*  
dubiè hæresim vulgatam, ac defensam *ganū.*  
par est credere.

Chri. Ann. 767. Post hæc Romanus Pont. Paulus, *Pauli*  
vbi sedisset annos paulo amplius de- *PP. obi*  
cem, diem obit extremum. non dum *tus.*  
animam egerat cum Toto quidā Dux,  
qui Nepeſi agebat, Desiderio, vt cre-  
ditum, annuente, tumultuarijs cum  
copijs Romam init, ac Constantinum  
Fratrem Laicum Hominem sacris ini-  
tari, ac Pontificè eligi per vim curat.

Dum hæc Romæ aguntur, apud By-  
zantium Tyrannus diram in Catholi-

Chri.  
Ann.  
762.  
Cur. 17  
Eob.

Chri.  
Ann.  
763.  
heop.

cos, Monachos in primis, lanienam exercet, nec suæ sectæ hominibus parcit. Constantinum quippè Patriarcham exauthoratum antea, ac relegatum, quod creditum sibi secretum, vulgata & ipse impietate, detexisset, ab exilio reuocatum, Populi ludibrio expositum supplicio afficit.

*Steph.  
IV.*

Constantino Pseudopontifici, quiq. post illum Rom. Pontificatum pariter inuaserat, Philippo, e Petri sede, post annum deiectis, Stephanus eius nominis IV. quem alij tertium recēsent, eadē in Sede ritè collocatur, quod nō finē maximis turbis peractum est, quibus de Anastasius est consulendus.

*Pipini  
obitus.*

Pipinus interim rerum gestarū gloria inclytus, mortale Regnum, ac vitam deserit, Carolo, ac Carolomano Filijs superstibus, qui Regium adepti nomen iam fuerant.

Quo tempore Copronymus Eudoxiam, cui tertijs iam nuptijs sociatus fuerat, Augustam, susceptos verò ex ea Filios Cæsares solemnī ritu appellat. Subindē Leonem natu maximum, Ireni matrimonio iunctum, Imperij consortem adsciscit.

*Synod.  
Roma.*

Porrò nè Constantini Pseudopontificis facinus, qui ex laico repente Pontifex veluti in scænam prodierat, in exemplum abiret, coacta Romæ Synodo, cui præter cæteros exciti è Gallia Episcopi XII. selectissimi interfuere.

*Chri.  
Ann.  
768.*

*Ann.  
l. 4. c.  
67.*

*Mat.  
Scot.*

*Chr.*

*Chri.  
Ann.  
769.*

fuere, perenni iterum Decreto firma-  
tum est, ne, qui sacris, de more, Or-  
dinibus iusta per intervalla initiatus  
non esset, ad Pontificatum euehi vlllo  
pacto posset. ad hæc ipsius Pseudo-  
pontificis Acta rescissa, peractæque  
ab eo ordinationes decretæ irritæ ea  
ratione sunt, vt in suscepto Ordine  
ministrare nemo posset. Iconomachia  
insuper Anathemate damnata est.

Chri. Sæculi anno LXX. Desiderij Filia  
Ann. Berta Carolo Pipini Filio nubit, Ste-  
770. phano incassum obnitente, ea præci-  
puè de causa, quod alijs à Patre nup-  
tijijs fruisset obligatus. conciliauerat  
porrò has ipsas cum Desiderij Filia,  
nuptias Bertruda Caroli Mater, quæ  
eam ob causam in Italiam venerat,  
quo factum, vt Carolus Pontificis mo-  
nitis minus audiens tum fuerit.

Chri. Sequenti verò anno (qua nam ex  
Ann. iusta causa non satis constat, sed non  
771. nisi iustam fuisse par est credere) hu-  
ius se coniugij vinculis soluens, Ber-  
tam Desiderio Patri reddidit, Hilde-  
gardem nobilem apud Sueuiam Fœ-  
minam duxit. nec ita multo post Ca-  
rolomani Fratris morte Regnum am-  
plissimum solus obtinet, non tamen ni obi-  
sine Episcoporum, ac Regni Pro-  
cerum suffragio, qui hac de causa  
apud Villam Carboniacam conuene-  
rant. Delata ad Carolum amplissima l*ij* Re-  
hereditas est, licet ex Fratris Filij su-  
gno ex

Chri.  
Ann.  
768.

Aim.  
l. 4. c.  
67.  
Mar.

Scot.  
Chr.

Chri.  
Ann.  
769.



peressēt, seu quod hi t̄aro oneriferēdo  
nō essent, seu quod ex Desiderij Filia  
cū ortū ducernet, affinitatē huiusmodi  
Galli Proceres suspectam haberent.

*Steph.* Nouo ineunte anno Kal. Februarij *Chri.*  
*PP. obi* moritur Stephanus Pontificatus anno *Ann.*  
*tus.* IV. huic statim sublegitur Hadrianus. *772.*

*Hadri* Sub idem tēpus Carolomani Vxor, *Ana.*  
*anus* quæ in Gallia adhuc erat, fugam indē *in Ha.*  
*succe-* cum filijs arripiens, Desiderium Pa- *dr.*  
*dit.* trem adiit. Is igitur non tam insita in

Nepotes charitate, quam Francorum  
Regni diuidendi gratia, omni ope ni-  
titur, vti Hadrianus Pontifex Reges  
illos inungat, iunctisque secum viri-  
bus paternum ad Regnum restituat.

id vbi incasum tentare sese animad-  
uertit; iræ simul stimulis actus, simul  
Regni fines proferendi auidus, Ponti-

*Deside* ficiam inuadit Dicionem, iurisiurandi  
*ri per-* haud memor, quod ad Sacrosanctum  
*fidis.* Principis Apostolorum corpus dudū  
præstiterat. Hadrianus tum non nisi

expertam Francorum fidem sibi im-  
plorandam ratus, Legatos ad Caro-  
lum mittit acriter aduersus Desiderij  
perfidiam exostulans. sed hæc non  
nisi sequenti anno gesta sunt.

Hoc tempore Carolus bellum ad- *Egin.*  
uersus Saxones gerebat, quibus ite- *in vit.*  
rum deuictis, obsidibus eis imperatis,  
in Galliam redijt. Cæterum antequam  
e Germania digrederetur; Synodum  
apud Vuormatiam celebrari curat,

*de*

de qua quid Author ex antiquis monumentis afferat, si libet, require.

Theop. Per idem tempus Rex Sarracenorum Habdala Christianos, ac Iudæos sibi subditos causmate manus inscribi iussit, quò à cæteris dignosci possent. eam ignominiam Christiani complures æquo animo haud ferentes, Patria Extorres esse, relictis etiam bonis, maluerunt.

Habdala tyrannus.

Chri. Viterbium Desiderius accesserat ex-  
Ann. tremia Vrbi minitans, cum Pontificis  
773. denunciationibus, ac intentati An-  
Anast. thematis religione perculsus omnium  
et Egō. cum admiratione Ticinum reuertitur.

Cum Hadriani, ac Desiderij subindè Legatos Carolus audisset, quod hi Regem suum ablata reddidisse testati essent, Legatos ipse suos in Italiam destinat exploraturos vera ne essent, quæ dicebantur; ab his mentitos eos fuisse cum rescisset, tum demum inferendi Desiderio belli consilium inicit, conscri-  
ptoque exercitu Alpina claustra Longobardis militibus infessa, irrumpit, indèque iterum Desiderium per Legatos interpellat, obtestaturque, aliena uti dimittat, ne suorum iacturam facere cogatur inuitus: innoxium se exercitum reducturum, dum sibi de pactis seruandis obsides tradantur. id quoque incassum cum tentasset, tum demum Ticinū, quò se Desiderius receperat, profectus, Urbem obsidet.

Caroli in Desiderio expeditio.

Chri.  
Ann.  
772.  
Anast.  
in Ha  
dr.

gin.  
vit.

*Alde-* cum porrò indè Aldegifus Desiderij  
*gifus* Filius vna cum Filijs, ac Coniuge Ca-  
*Deside* rolomani Veronam aufugisset, Caro-  
*rii fil.* lus ad Ticini obsidionem copiarum  
 parte relicta, illuc cum reliqua profi-  
 ciscitur. eò vt primum peruenit, Fra-  
 tris Coniugem, ac Filios illius Cle-  
 mentia fidentes in deditioem acci-  
 pit, ac Ticinum indè repetit.

Cum verò Sacrosanctum instaret *Chri.*  
 Pascha sexto ferè obsidionis mense, ea *Ann.*  
 haudquaquam soluta, magnis intine- *774.*

*Caro-* ribus, Romam petit. exceptus est *Anast.*  
*lus Ro-* omnium Romanorum ordinibus ob-  
*ma.* uiam effusis ipso autem Pontifice pro-  
 foribus Basilicæ Principis Apostolorum  
 prestolante. dum Templi gradus reli-

*Eius* giosus Rex conscenderet, omnium cum  
*pietas.* admiratione, singulos pronus deoscu-  
 latus est: tum Pontificem venerabun-  
 dus amplexus, eo deducente, Aposto-  
 lorum sacras reliquias est veneratus:  
 dein Urbem ingressus, Basilicas reliquas  
 supplex adiit, ac celebriora quæque

*Donna-* Urbis loca perlustrauit, antequam di-  
*zionē à* scederet, Pipini Patris Donationem  
*Patre* Romanæ Ecclesiæ factam non ratam  
*factā* modo habuit, sed Urbibus compluri-  
*confir-* bus, atque adeò Prouincijs adiectis  
*mat.* munificentissimè cumulauit. Ticinum  
 indè repetens, Urbem, vulgari diuini-  
 tus immissa lue, Ciuibus, ac præsidia-  
 rijs haustam militibus, obsidione diu-  
 tius ferendæ imparem, ipsumque adeò

Desi-

Desiderium Regem in deditioem re- *Deside*  
cipit: Filius porrò Aldegisus, impar *rij de-*  
viribus Byzantium aufugit, vbi inter *ditio.*  
Patricios adscitus, recipierandi Regni  
Ipe abiecta, consenuit.

Hoc loco Sigeberti Chronographi *Sigeberti*  
impostura est detegenda, qui trecen- *berti*  
tos amplius post annos in Hèrici Cæ- *impo-*  
saris gratiam Carolum tum Romam *stura.*  
reuerfum Concilio ibidem celebrato,  
ab Hadriano ius eligendi Romanum  
Pontificem, atque Ecclesiam ordinan-  
di, tum Sacerdotia, ac Episcopatus in  
primis, conferendi obtinuisse cōmen-

*Dist. 65* tus est. quem sequutus Gratianus in- *Gratia*  
*c. 22.* foueam ipse lapsus, alios deindè in- *ni er-*  
*Hadri* eam plures secum traxit. sanè is alibi *ror.*  
*anus.* quoque non insolenter ex rerum ge-  
starum inscitia, adulterinos, ac suppo-  
sititios ingerit partus, atque educat.

*Leo* Inter Captiuos Ticino abductos *Paul-*  
*ost.* Paulus Diaconus Aquileiensis fuit, qui *lus Dia-*  
Desiderio erat ab Epistolis. Hic in In- *conus.*  
sulam relegatus, indèque elapsus, ab  
Arichisio Beneuentano Duce, qui De-  
siderij erat Gener, exceptus Cassinum  
inde petijt, quò in Coenobio Mona-  
chus factus consenuit. Eius est opus *Eius O-*  
Historia, quæ extat rerum à Longobar- *pera.*  
dis gestarum; aliam porrò, quæ eidem  
falsò adscribitur, Miscellæ nomine in-

*Vide* scriptam; Ioannis potius Diaconi qui-  
*ad an.* dam existimant, cæterum Anastasij esse  
*chri.* constat ex Theophane Græco Autho-

8139

K S re

Chri  
an.  
74.  
2na.

re compactam; qua de re hic moni-  
tum Lectorem volumus.

*Copro-* Quartum, ac trigesimum in Impe- *Chri.*  
*nymi* rio annum exegerat Copronymus, *Ann.*  
*obitus.* cum in Bulgaros iterum profectus, *775.*  
exitiali correptus morbo, interiit. *Theop.*  
runt ab ardentiori febris eiulatus maxi- *Cedr.*  
mos edidisse, seque viuum in flammis *& Zo-*  
coniectum à Deipara, quam contem- *nar.*  
pturi habuisset, subindè exclamasse.

*Leo fil.* Eo extincto Leo Filius cognomen-  
*succe-* to Porphirogenitus, quasi in purpura  
*dit.* genitus, Imperiū capeffit, mali corui,  
vt dicitur, malum ouum. illud mirum,  
superstitem Tyranno Filiam Anthusam  
regijs virtutibus, ac morum probitate  
ita enituisse, vt in Græcorum Meno-  
logio, inter Sanctos Cæli Ciues ad-  
scripta reperiatur. Moritur hoc eodè  
tempore Habdala Sarracenorum Rex,  
exitiale & ipse Christiano nomini  
monstruum, cui Madi Filius succedit.

*Synod.* Quo tempore Carolus post cele- *An-*  
*Duria.* bratum apud Duriam Concilium, Sa- *nal.*  
xones duobus prælijs vincit. *Fräs.*

*Offa* Offa Orientaliū apud Angliam Sa- *Polid.*  
*Rex.* xonum Rex, post alia pietatis opera *Virg.*  
Romam profectus subditos sibi po- *l. 4.*  
pulos Romanæ Ecclesiæ, & ipse, ve- *sup. ad*  
ctigales fecit. *ã. 740*

Apud Hispaniam Aurelio (qui ante *& inf.*  
quinquennium, Froila Rege interem- *ud an.*  
pto, eidem successerat) vita functo, *847. et*  
Silo ex Sorore Nepos Regnum adipi- *869.*  
scitur.

scitur. Huius extat Diploma (quod obiter notat hic Autor) in quo hæc leguntur verba in eius Donationis violatores. *Anatema Marrano, & excommunicatus.* ex quibus docemur *Marrani* vocem, quæ apud Hispaniam in Sarracenorum posteros contumeliæ causa iactari solet, non à Mauris, ut quidam putant, deductam, sed à Syriaca voce *Maranatha* ab Apostolo usurpata ortum habuisse.

Chri. Altero Imperij anno Leo Constantinum Filium Augustum appellat.

Ann. 776. At Carolus Rotgaulum Foroiulensem Ducem, Longobardorum Regni affectantem, celeritate vsus maxima, vincit, cæditque; nec moratus victorem militem in rebellantes iterum Saxones ducit, ijsque perdomitis, in Galliam reducit.

Chri. Antequam Germania excederet, Concilium Paderburnæ celebrari curat, quod Religioso Regi ad Politicum æquè, atque Ecclesiasticum rerum statum componendum solemne fuit.

Theop. Per idem tempus Telericus Bulgarorum, Rex, qui aduersus Conpronium sæpius pugnaverat, Christianæ Religionis studio, relicto Regno, Byzantium venit, exceptusque liberaliter à Leone, atque è sacro susceptus Fonte, honesto inibi coniugio sociatus est.

Sarracenis inter se, apud Hispaniam, Christi-  
 dissidentibus, Primores eius Gentis qui Ann.  
 dam ab aliorum factione pulsati, ad Ca. 778.

rolum Pedarburnæ adhuc agerem ve-  
 nerant, authoresque illi fuerant, ut,  
 temporis opportunitate usus, Hispan-  
 nos seruitio eximeret Barbarorum. igitur

*Caro-* tur Rex pius rem se Deo gratâ, Chri-  
*lus Hi* stianoq. nomini facturum ratus, exer-  
*spaniã* citum in Hispaniam ducit, multisque  
*inadit* apud eam Urbibus potitus, susceptum

bellum foeliciter cõficit. cæterum dum  
 victorem exercitum per Pirenæos re-  
 ducit, Vasconum insidijs exceptus,  
 clade maxima affectus est, qua nulla

*Racif-* apud Poetas, non Gallos modo, sed  
*uallis* etiam Italos, celebrior; de qua tamen  
*clades* (Historicis alijs ieiunè illam nimis tra-

dentibus, Turpino autè Remensi Epi-  
 scopo, siue; eius nomine, alio, eandem  
 fabulosius recensente) tuto aliquid af-  
 firmari nequit. illud constat exercitum  
 ab eo quantumvis ea clade imminu-  
 tum, in Saxones Francorum iugum,  
 ex instituto, detrectantes, adductum,  
 perduelles toties Populos egregiè vl-  
 tum fuisse.

Quo tempore Hildegardes Gemel-  
 los Carolo Viro enixa est Filios, quo-

*Ludo-* rum altero statim decedente, super-  
*uicus* stes, Ludouicus à Parentibus appella-  
*Car.* tur.

*fil.* Sequenti anno Synodum apud Du- Chri-  
*Synod.* riam villam, ex more, Carolo item Ann.  
*Durie*

ex- 779

expetente celebratam constat.

Chri. At Leo Augustus cum gemmas vn- Leonis  
Ann. dique infano studio conquistas im- Imp.  
780. pensus adamaret, compactam ex his studiis

Theop. coronam, ex æde sacra S. Sophiæ ra-  
ptam gestare haud est veritus. vltus  
infaniam, ac sacrilegium est Deus; Eius  
quippè enatis in eius capite carbun- obitus.  
culis, qui carbunculos perditè expe-  
tierat, ac sacrilegè abstulerat, ne du-  
bia esset mortis causa, interiit.

Eo sublato, Imperium ad Constan- Constā  
tinum filium delatū est, qui cum Irene tinus  
Matre illud, Deo auspice, administran- VI. suc  
dum suscepit. Horum etenim pietate cedit.  
factum est, vt, diu exul catholica Re-  
ligio, veluti postliminio rediret in  
Orientem.

Vertente anno Carolus, cū Vxore  
Hildegarde, in Italiam Religionis cau- Caro-  
sa cum venisset, natalem Christi diem lus Ro-  
Ticini celebravit, Romæ postmodum ma.  
sacrum Pascha celebraturus, quod ad

Chri. sequentem annum spectat; quo ab Ha-  
Ann. driano, ea qua par erat, lætitiæ signi-  
781. ficatione, exceptus, Pipinum Filium

Egi- eidem Buptizandum tradidit, Urbisque  
nard. Templā, in primis verò Apostolorum  
Theop. Principis, magni precij donarijs cu-  
mulavit; ac tum demum in Galliam  
reuersus est, vbi Irenes Legatos de Ire-  
conciliandis filiorum nuptijs audiuit, nes Le-  
quæ & conciliatæ tum quidem sunt, gatos  
cæterum, quod ob Coniugum ætatem audit.

per-



perfici nequiverint; dissolutas postmodum fuisse constat, ac Constantino Vxorem ex Armenia petitam.

Eodem ferè tempore Sarracenorū Princeps Madi Aaron alterum ex filijs natu minorem (nam Moises alter vocabatur) cum classe aduersus Constantinum, atque Irenem mittit, & accidit importunè, vt simul Helpidius Siciliae Prætor rebellaret, quo factum, vt inhonesti pactione tributū à Sarracenis redimenda Pax fuerit.

At verò Helpidius à Theodoro Duce victus, congestam pecuniæ vim maximam secum deferens, aufugit in Africam, vbi à Sarracenis, ob vitæ splendorem, quasi Romanus Cæsar est cultus.

*Synod. Colo- niensis.* Subindè rogante Carolo habita est Chri. Synodus Coloniensis, qua in Vrbe dum Ann. ea moratur ex causa, Gentium diuer- 782.

*Belli saxoni ci diu- rioris.* farum Legatos excipit; tum infestos iterum Saxones vincit; de quibus, ne lectori tædium afferatur, hoc semel dixisse satis sit, bellum Carolo cum his fuisse annis tribus, ac triginta, ac tum demum perdomitos, ac Christi fide imbutos.

Post hæc Matrem, ac subinde Con- Chri. iugem haud magno temporis interual- Ann. lo effert: tum per Filium Carolum na- 783.

*Silo* tu maximum Vuestfalos Germaniæ populos debellat.

*Hisp. Rex.* Per idem fere tempus Silo, qui in Hispa-

Hispania Regnabat, decedit, Alfonso  
Chri. cognomēto Casto Froilæ Filio, quem *Alfon-*  
Ann. viuens Collegam adsciuerat, hærede *sus Cæ-*  
784. instituto. *stus.*

*Theop.* Quod ad res spectat Orientales,  
*& Ce-* Paulus Urbis Regiæ Patriarcha, qui  
*aren.* Iconomachis sub Principibus hæresim  
& ipse colere est visus, morti proxi-  
mus rectam fidem, quam occultè reti-  
tinuerat, in Coenobium se recipiens,  
professus est hortatusque est Augustū,  
ac Matrem ad Oecumenicam cogen-  
dam Synodum, & Christianæ statum  
Reip. componendum. Hinc Catholi-  
cæ apud Orientem Fidei restituendæ  
initium factū; successor etenim Paulo  
est datus Tarasius, qui rectæ fidei  
Zelo, & quod Principibus esset à se-  
cretis, autoritate in primis polleret.

Obierat haud ita pridem Sarrace-  
norum Princeps Maci, qui latè apud  
Persas, ac reliquum fermè Orien-  
tem imperitabat: huic Moises, quem  
diximus natu maior filius successerat,  
qui hoc ipso anno vita functus Aarō *Aarō*  
Fratri belli artibus claro, locum in Im- *Sarra-*  
perio fecit. *cenor.*

*Egi-* Huic, ob similia belli studia, Caroli *Rex.*  
*nard.* Francorum Regis amicitia grata fuit  
*in vit.* adeo, vt Sacrosanctum Christi Domi- *Chri.*  
*Car.* ni Sepulchrum eius potestati subiece- *Sepul-*  
rit, pro quo postea à Barbaris vindi- *chri.*  
cando eius posterum summa cum gloria *Carolo*  
insudarunt. Legatos quoque ad eum *M. ce-*  
*misit dis.*

misit regijs cum muneribus, inter quæ Magnæ molis Elephas fuit. quamquam Elephas alijs cum muneribus, post quâ Carolus Imperium adeptus est, missus, in Francorum Annalibus, dicitur.

At non idcirco odium Rex Barbarus in Christianos remisit. itaque hoc eodem anno Bacchum (qui Iunior dicens est, ut à Seniori Sergij collega dignoscatur) apud Palestinam Monachum, Martyrio effecit.

Nouo subeunte anno Augustus, ac Chri. Tarasius ad Rom. Pontificem Hadria- Ann. num de Synodo celebranda, ac Pace 785. Ecclesiarum, per Fidei concordiam, componendâ, perscribunt. extant vltro, citroque datæ literæ apud Synodi Acta, quæ postea est celebrata, *ab Authore huc allata*. quamvis ex his aliquot excidisse videantur.

*Synod. Pedar borna.* Inter hæc Synodus, adnitente Carolo Pedarburnæ, ad Saxonicae Ecclesiae statum componendum, cogitur, cum iam politicus satis compositus videretur, Albione, ac Vithichindo eius Gentis Regulis ad Christi fidem perductis.

Britones quoque, Gallia Populi, iugum, hoc tempore, detrectantes ab eo Chri. domiti, ac, ne quid in posterum moliri Ann. 786. auderent, obsides eisdem imperati. quo perfunctus bello Carolus, Romam iterum profiscendi consilium inicit, quò tamen non nisi sequenti anno peruenit,

nit, post quam Florentiæ, Hetruriæ Cara-  
Urbe, Natalē Christi diem celebrauit. *Ius Ro*

*Theop.* Conuenerant Byzantiū Augustorum *ma.*  
*& Ce-* accitu Episcopi cōplures, quō & Le-  
*dren.* gati ab Hadriano missi peruenerant. *Synod.*  
igitur auspicatori foeliciter Synodū in *Oecu-*  
Apostolorū Templum coeunt. id con- *meni-*  
spicati Iconoclastæ, ex quorum præ. *ca co-*  
cipuè numero Prætoriani erant milites *gitur.*  
ex Copronymi, qui militiæ eos adscri-  
pserat, disciplina; impetu in Basilicam *Sedē-*  
facto, extrema Patribus, ni properē *tione,*  
facebant, minitantur. tumultus eō ex- *solusi-*  
creuit, ut d. mittēdi Episcopi tum fue- *tur.*  
runt, Synodi porrō celebratio in tem-  
pus opportunius reijcienda. Sanè Ire-  
ne, ac Filius dissimulādā tum quidem  
seditionem rati, cum eam postmodum  
concoquere haud possent, accitis ex  
Thracia militibus, eorum opera Præ-

*Chri.* torianos exarmant, atque exilio exau-  
*Ann.* ctoratos mulctant, ac tum demum  
787. Episcopos, qui Byzantio recesserant,  
*Theop.* Nicæam Bithyniæ Urbem reuocant,  
*& Ce-* quō ubi eos conuenisse Tarasius com-  
*dren.* perit, & ipse cum Rom. Sedis, ac Pa-  
triarcharum Orientalium Legatis ad-  
esse haud cunctatus est.

Celebrata Niceæ Synodus est, quæ *Synod.*  
Septima Oecumenica numeratur, Epi- *Nice-*  
scoporum C C C L X V I I. *res in ea na II.*  
*gestas sancitosque Canones nosse si quis*  
*cupiat, acta ipsa, qua extāt, siue Autho-*  
*rem de his fusè hic differentiē consulat.*

Re-

hri.  
nn.  
35.

ri.  
n.  
6.

*Caro-* Receptus iam Romæ fuerat *Caro-* *Regin.*  
*lus in* lus, vbi haud diu moratus, profectus *Caro-* *Regin.*  
*Bene-* est indè Beneuentum aduersus Arichi- *Caro-* *Regin.*  
*uent.* sium Ducem. Is Salernum aufugiens, *Caro-* *Regin.*  
*Ducē.* Romualdum filium natu maiorem, ac  
 subindè Grimoaldum ad Regem cum  
 muneribus mittit, ac imperata se factu-  
 rum, obsidibus etiam datis, pollicetur.  
 tum Rex animi magnitudine, ac Cle-  
 mentia clarus, venia eidem data, Ro-  
 manam; dein (sacro ibidem Paschate  
*Galliã* celebrato) Galliam repetit.  
*repetit*

*Eius* Eò vix peruenerat, cum illatum à Chri-  
*cū Gra* Græcis Campaniæ bellum propulsan- *Ann.*  
*eis bel-* dum ei fuit; quod, ipso licet absente, 788.  
*lum.* foeliciter haud secius confectum est. *Ann.*

Sub eiusdem belli initia, sponsalia, *franc.*  
 quæ diximus, dirempta sunt; cæterum *Egin.*  
 Carolo, an Irene, id agente, haud satis *Theop.*  
 exploratum est; diuersa Græcis à La- *Cedr.*  
 tinis tradentibus. illud constat Aldegi-  
 sum Desiderij Filiū, qui Byzantij age-  
 bat, quod diffidia huiusmodi è re sua  
 esse cerneret, his serendis, dolos stru-  
 xisse. vtcumque malè id Græcis cessis-  
 se, euentus docuit.

*Iterū* Campaniæ bellum, aliud longè diffi-  
*cū Hū* cilius excepit, quod morum ab Auaris,  
*nis.* siue Hunnis, non nisi octennio à Ca-  
 rolo confectum est interneccione Ho-  
 stium, quorum opimis spolijs, quæ  
 Barbari frequentibus victorijs conges-  
 serant, Gallorum exercitus ditatus est.

Hoc pariter anno Carolus Tassilo-  
 nem

nem Bauariæ Ducem maiestatis reum  
( quod Hunnicum conflasset bellum )  
ac legibus damnatum , ab infita Cle-  
mentia, gladio exemptum, cum Theo-  
done filio inter Monachos viuere per-  
misiit .

Chri. Byzantium interim terræmotu con- *Diffi-*  
Ann. cussum, Augustorum postmodum ma- *dium*  
789. tris, ac filij diffidio grauius exagitatam *inter*  
est, Constantino XX. iam annum agen- *Irenæ*  
te , Matris tutelam detrectate , Matre *ac Fi-*  
cõtra virilis animi foemina, Imperium, *liam.*  
fauore militum , vindicante, quibus in  
fui verba adactis, principio Filium de-

Chri. ceterum Armeniæ Legionibus  
Ann. Filio suffragantibus, earumque exem- *Sese in*  
790. plo militibus etiam reliquis adniten- *uicem*  
tibus , Constantinus , Imperio matri *deici-*  
abrogato , restituitur , quod non sine *unt.*  
maximis turbis peractum est , quibus  
Vrbs ipsa Regia incendio, ac cædibus  
est deformata .

Luc. Hoc eodem anno , qui sæculi est  
Tud. XC . Maurogato , qui Alfonso deie-  
Chrõ. cerat, vita functo , Galleciæ Regnum  
capeffit Veremûdus Diaconus, à quo, *Verem-*  
magna cum moderationis laude, Al- *mûdus*  
fonsus ipse est restitutus .

Chri. Altero subeunte anno, Matris, atque  
Ann. Optimatum precibus , Constantinus *Irene*  
791. illam iterum Imperij sociam adsciscit, *remo-*  
Armenis licet Militibus obnitentibus, *catum.*  
quorum seditione factum videtur , vt  
malè aduersus Bulgaros pugnatum sit,  
à qui-

*Men-  
dax A  
strono-  
mus.*

*Augu-  
stus in  
Patru-  
os sa-  
nit.*

à quibus Romanus exercitus cæsus, Augustus ipse vix fuga elapsus est, Pancratio in primis Astronomo, qui certam ei victoriam sponderat, interempto. Milites porrò cladi superstitites exosos sese Augusto existimantes, Nicephorum eiusdem Patruum Augustum appellant; sed celeritate vsus Constantinus, interceptum illum, antequam reciperetur in castra, excæcat, qua poena Alexium quoque Patri- cium, Armenis Legionibus percarum, afficit. Ad hæc Patruos reliquos Chri- stophorum, Nicetam, Antimum, atque Eudoxium, excisis quoq. per summam sæuitiam linguis, punit innoxios.

*Synod.  
Foro-  
iuliensis  
Tibe-  
ris illu-  
mies.*

Quod ad res spectat Occidentales, Carolus aduersus Hunnos foeliciter pugnat. Apud forum Iulij Synodus, Paulino Aquileiensi Parriarcha indi- cente, celebratur. Tiberis, præter morem exundans, Urbis moenia ali- cubi transgressus, ad Capitolij radices peruenit, D. Marci Basilicam præter- gressus; qua in Urbis calamitate Ha- driani charitas, ac effusa in pauperes munificentia enituit.

*Synod.  
Rati-  
sbona.*

Rex interim Carolus ex veteri in- Chri- stituto Synodum Ratisbonæ cele- Ann. brari curat, in qua Foelix Vrgelitanus, 792. apud Hispaniam, Episcopus, ob Hære- sim damnatus, Romam ad Hadrianum est missus, à quo, hæresi abiurata, re- ctæque fidei confessione edita, ad ca- tho-

tholicã communionem admissus est.

Chri. Quinquaginta quotannis Virgines *Tribu*  
Ann. tributi nomine Hispani Reges ex Au- *tũ Hi-*  
793: relij pactione Sarracenis tradere co- *spano-*  
*Luc.* gebantur. igitur Alfonso indigno fe- *rum.*  
*Tud.* rens animo ingenuarum Virginum pu- *Ab Ab*  
*Crbrö.* dicitiam hac ratione prostitui, viribus *fonso*  
licet impar, exercitũ in Barbaros con- *subla-*  
scribit, initoque cum eis prelio, victo- *tum.*  
ria ingenti potitur, cæsis ex hostibus  
septuaginta fere millibus.

Chri. Subinde cum eadem in Prouincia  
Ann. Eliprandus Episcopus Toletanus, &  
794. quem diximus, Foelix, qui ad vomitum  
redierat, præfractè hæresim tueren-  
tur, docerentque Christum Dominũ,  
quã homo est, non nisi adoptiuum  
Dei Filium dicendum esse, rogatu Ca-  
roli Francfordiæ Synodus cogitur fre- *Synod.*  
quentissima, ad quam ex vniuersis fere *Fræc-*  
Occidentalibus Prouincijs cum Sedis *fordia*  
Apostolicæ Legatis conuenere Epi-  
scopi circiter trecenti. datæ postmo-  
dum Synodales sunt literæ ad Hispa-  
niæ Episcopos. nec grauatus est, Rex  
religiosissimus suis & ipse literis eof-  
dem, atque Eliprandum in primis fidei,  
atque officij admonere. extant ipsius  
literæ doctrinam æquè, ac pietatem  
redolentes omnino legendæ. Sunt qui  
tradant ab hoc celeberrimo Conuen-  
tu damnatam Oecumenicam postre-  
mam Synodum Niceæ vt diximus,  
coactam, *rem Author in disquisitione*

rem



nem accurate vocat, ex more, nostri-  
que tæni Iconoclastas, triumphum ante  
victoriam canentes, egregiè refellit.

Quartum, ac vigesimum Pontifica- *Chri.*  
rus annum agebat Hadrianus, cum, re- *Ann.*  
*Hadr.* rum gestarū gloria inclitus, occubuit, 795.  
*PP. obi* Pontificum, si temporalem prosperi- *Anast.*  
*tus.* tate spectes, foelicissimus. huic Caro- *Egi-*  
*Caroli* lus Rex non lachrimis tantum, ac pro- *nard.*  
*in eum* fuffisimis pro ipsius Salute in pau-  
*pietas.* peres eleemosinis, alijsque pietatis of-  
ficijs parètavit, sed carminibus etiam,  
*Hadr.* quæ adhuc extant, ipsius sepulchrum  
*impēsa* decoravit. de Hadriani impensis plus  
quam Regijs in Templorum, ac totius  
Vrbis ornatu, Aquæ ductuum, ac Mu-  
rorum instauratione, viarumque, ac  
veterum ædificiorum reparatione,  
multa Anastasius tradit non sine ad-  
miratione apud eum legenda.

*Leo* Hadriano Successor datur Leo huius  
*III.* nominis III. de quo plura deinceps  
*Papa.* dicenda erunt. explodenda verò hic  
*Fabu-* est fabella, quæ de illo circumfertur.  
*la de* tradit etenim, qui fabulas concinnare  
*eo re-* consueuerunt, sub ipsum Pontificatus  
*felli-* exordium passum libidinis incendium  
*tur.* ob mulierem manū deosculantem, eā  
sibi præcidisse, statuissequè, nè manus  
in posterum, sed pedes Pontificis, of-  
culo peterentur: hinc morè osculandi  
Pontificum Romanorum pedes ma-  
nasse, cum tamen exploratum sit ob-  
sequium huiusmodi longè ante hæc  
tem-

tempora vsu receptum iam fuisse.

*Theop.* Constantinus porrò Aug. iuuenili *Agusti*  
temeritate Mariam Coniugem in Mo- *temeri*  
nasterium detrudit, Theodotem eius *tas.*  
cubiculariam ducit, atque Augustam  
appellat. ea ex re turbæ maximæ ex-  
citatæ Byzantij sunt, alijs turpi adu-  
latione nefariū Principis facinus pro-  
bantibus, alijs contra detestantibus.  
qua de re legēdus est Theodorus Scu-  
dita in rebus gestis S. Platonis, qui hæc  
præ cæteris accuratè prosequitur.

*Ado.* Eodem fere tempore Carolus Rex *Saxo-*  
*Vien.* Christianæ religionis desertores Sa- *nes fi-*  
xones coercuit. Hunnos, eorumque *dē de-*  
Regem Tuduin excepit, ac Christia- *serūt.*  
nam se fidem amplexuros pollicentes, *Hūnō*  
in fidem ipse recepit, regijsque dona- *recipi-*  
tos muneribus dimisit. *unt.*

*Chri.* Admisso semel scelere Augustus, in *Augu-*  
*Ann.* Tyrannum erupturus videbatur, & *sti ty-*  
796. iam Theodorum Studitam, aliosque *rānis.*  
797. sacratos Deo Viros exilio multaue-  
*Theop.* rat, cum Irene Mater eius flagitia ne- *Oculis*  
quaquam ferens, oculis illum, mox vi- *mox*  
ta priuat, atque, vt Dei ultio non ob- *vita*  
scura esset, ille ipse dies sabbati fuit, *prina-*  
quo Is Patruis, vt diximus, ante quin- *tur.*  
quennium oculos, ac linguā ademerat.

Per idem tempus Habdaldas hoc no- *Hab-*  
mine II. Sarracenorum Princeps apud *dala*  
Africam, à Fratre pulsus ad Carolum *Sarra-*  
confugit, quem ille humaniter exce- *cenor.*  
ptum, instructum copijs, in Hispaniam *Rex.*  
cum

Chri.  
nn.  
95.  
nast.  
Egi-  
ard.

cum Filio Ludouico proficisci iussit.

Dum interim qui ad Orientem im-  
perabant Barbari, Duce Abdimeleco, Ann.  
Romanos ingressi fines Byzantium 798.  
vsque populabundi delati sunt, pre-  
dam ex agro ipso suburbano haud  
modicam agentes.

Haud quaquam pari fortuna Alfonſi  
arma apud Hispaniam prouocarunt, à  
quo victi Vliſſiponem vsque, extremæ  
Vrbem Luſitanæ, compulſi ſunt; quam  
ille victoriam Carolo Regi per Lega-  
tos nunciatam voluit, ad quem regia  
quoque munera atque hoſtium ma-  
nubias, honoris cauſa, miſit.

*Imma-  
ne fa-  
cinus.* Immane interim facinus Romæ pa-  
patratum eſt Paſchalis Primicerius, ac  
Campulus Sacellarius Hadriani Pon-  
tificis conſanguinei, inuidia in Leo-  
nem tabeſcentes, nefario ſtipati Satel-  
litio, illum nec opinantem, ſacriſque  
operantem, corripunt, exciſaque lin-  
gua, atque oculis effoſſis, ſeminecem  
ſub cuſtodia relinquunt. elapſus inde  
ſuorum ope ſanctus Pontifex, cum  
iam oculorum, linguæque uſum diui-  
nitus recepſiſſet, D. Petri Baſilicam pe-  
tit, ex qua Spoletum Vuinegiſo Duce  
deducente, indeque in Galliam, ac  
*Leo in  
Galliã* Germaniam (nam Pedarbornæ tum  
Carolus morabatur) proficiſcitur. Ex-  
ceptus ab eo eſt ea, qua par erat, re-  
uerentia, ac religione, moratuſq. apud  
eum aliquandiu, Romam regiſ cum

Le-

Chri.  
Ann.  
799.  
Anaſt.  
Regiſ.

Legatis, corporisque custodibus remittitur, quò & Rex ipse profectio- nem in sequentem annum adornabat. discussa est causa à Legatis, damnati- que impij carnifices, qui calumniam quoque in Leonem struxerant, quam- quam poena in Caroli aduentum dila- ta, mitiorque, ipso Leone deprecante, est reddita.

Chri. Oclingentesimus à Christo nato  
Ann. annus appetit, idemque sæculi postre-  
800. mus, quo Carolus Romam delatus, se- *Caro-*  
*Anast.* ptimo ab accessu die in Conciliū Epi- *lus Ro-*  
*Egin.* scoporum sedit de criminibus Leoni *ma,*  
*anal.* obiectis cogniturus. Episcopos tum  
*Fræc.* succlamasse ferunt, Romanum Ponti-  
ficem à nullo mortalium iudicari, quo  
factum, vt ab incepto omnes desiste-  
rent. tum Pontifex non innocentia mi-  
nus, quam suprema potestate tutus,  
consenso ibi dem suggesto, sacrosan-  
cta Euangelia manu tenens, sacramen-  
to interposito, Deum, ac Superos  
testatus omnes, affinem se culpæ  
esse negavit *extat ipsa purgationis*  
*ab eo concepta formula apud Autho-*  
*rem hinc petenda.*

At Leo illustra Caroli Regis in Ro-  
manam Ecclesiã, ac Christi nã Remp.  
vniuersam merita animaduertens, ipso  
Christi natali die, maximo cum Urbis *Caro-*  
plausu, Augustum Eum appellat hoc *Aulus*  
pacto Romanū Imperium, ob Græco- *gustus*  
rum Cæsariū diffidia, atq. ignauia, de- *appel-*  
L stitu- *latur.*

stitutamq; Italię tutelā, ad Francos delatum est. creditum est Carolo, vna cū Imperio, Ecclesię patrocinium, quod suscepturum se, ac perpetuò retenturum iureiurando solemnī ritu est pollicitus. ad hæc donaria magni precij Sāctioribus Urbis Basilicis obtulit, quę singillatim ab Anastasio recensentur.

Nouo sæculo ineunte, Carolus Imper Roma abscedens, Spoletum venit, vbi dum moratur, eam ipsam *Chr. Ann. 801. Regin.* Terram, ac Italiam pænè vniuersam tremotus vehementior concussit. *Ch. Ann. 801. Regin. Th. Cea.*

Sub idem ferè tempus nouus Augustus leges cōdidit, quę Mutinæ feruari adhuc dicuntur; veteres quoque restituit; Ecclesiasticas verò sanctiones colligi in vnum iussit, ac sub capitibus CLXVIII. comprehendi. *de reg. Ital. l. 4.*

Hoc eodem anno Irene Aug. Ciuilis solutionem tributi Byzantijs remisit; quod, quā multiplex fuerit, iucundum est nosse ex Theodori Studitæ ad eandem Augustam Epistola *ab Authore hic recitata.*

Caroli hoc tempore Legati Byzantium venerant de pace, deque conuubio ineundo apud Irenem acturi; cæterum, ac si Tragœdiam spectatum venissent, quam suo Principi Vxorem expetebant è summo deiectam fastigio conspexere. *Chr. Ann. 802. Theop. Cedr. Zo-nar.*

Nicephorus Sub ipsum Legatorum aduentum Nicephorus Patricius indignum clamitans

mitans, omnia ad Latinū Augustū, que-  
sitis nuptijs, vergere, tumultu, ea ex  
causa, concitato, Irenē comprehendit,  
atq. in Lesbū Insulā arcta sub custo-  
dia mittit, Augustus ipse eo in tumultu  
appellatus. Is igitur adeptus statim Im-  
perium, Legatos ad Carolū mittit  
Fœdus cum eo initurus, quod sequen-  
ti anno transactum est, quo Irenē  
ærumnis confecta in exilio moritur.

*Irenē  
deicit  
Augus-  
dici-  
tur.*

*Fœ-  
dus  
init cū  
Carolo  
Irenes  
obitus.  
Barda-  
nis in-  
fœlix  
condi-  
tio.*

**Chri.** Eodem ferè tempore Bardanes Pa-  
**Ann.** tricius, Orientis Prætor, Augustus à  
**803.** militibus appellatur inuitus. certio-  
**Theop.** rem igitur ea de re Nicephorum red-  
**Cedr.** dit, pactusque sibi, ac militibus ipsis  
impunitatem, clam illis aufugit, atton-  
sumque sese Monasterio, quod extru-  
xerat. abdit, at non idcirco placatio-  
rem habuit Tyrannum, à quo per sum-  
mam immanitatem, ac perfidiam, bo-  
nis omnibus exutus, oculis quoque  
orbatus est.

Hoc eodē anno Nicephorus Stau-  
ratiū Filium Augustum appellat, ho-  
minem à corporis, animique dotibus  
miserè destitutum. Subindē Arabes  
bello petens, ab his acie victus, ægrè  
à suis feruatus est.

**Chri.** Inuentum Mantuæ Christi Sangui-  
**Ann.** nem sacrosanctum fama vulgauerat;  
**804.** hac itaque de re Carolus Aug. qua-  
**An** erat pietate, ac religione, ad Leonem  
**nales** perscripsit, rogauitque, vti ea super  
**Fræc.** re, qua par erat diligentia, perquire-

*Chri.  
sanguis  
inuen-  
tus.*

*Leo* in ret; Leo tum, operæ precium se fa- *Sart.* Ch  
*Galliã* Eturum ratus, Mantuam ipse profici- *Man* An  
 scitur. Re comperta, ad Carolum in- 80  
 uisendum pergit in Galliam, indèque, *Th* Th  
 eo deducente, in Germaniam, vbi dum *Stu* Stu  
 moratur, Sacella, ac Tempa complura *ep.* ep.  
 dicasse, sacrisque Indulgentijs, vt vo- 25  
 camus, cumulasse fertur, tum Suiber-  
 tum Episcopum miraculorum fama,  
 Cano- celebrem Sanctorum numero, solemn  
 niza- ritu, adscripsisse.

*S. Sui-* Exinde Augustus Saxones, qui trans  
*berti* Saxo- Albin erant rebellandi finem nullum  
*Can-* Albin erant rebellandi finem nullum  
*niza-* facientes, traduxit in Galliam, tum il-  
*rio.* lorum complures Romam ire permi-  
*Saxo-* sit, quibus ædes datæ sunt non longe  
*nũ mi-* gratio. à Principis Apostolorum Templo, qui  
*gratio.* Roma sit, quibus ædes datæ sunt non longe  
*Roma* à Principis Apostolorum Templo, qui  
*degüt.* *Hospi-* locus *Vicus Saxonum* est dictus, cor-  
*ale S.* ruptoque postmodũ vocabulo, *Saxia*,  
*Spiri-* vbi nunc insigne visitur Nosocomiũ,  
*ens.* quod idcirco S. Spiritus in Saxia nun-  
 cupatur.

Quarto Principatus anno Nicepho-  
 rus motum ab Aarone Sarracenorum  
 Rege bellum pecunia depulit; pactus  
 Rom. Imperij nomine tributum an-  
 nuum numismatum trecentorum mil-  
 lium (triginta millia habet Cedrenus)  
 tum pro suo, ac Filij capite sexmil-  
 lium.

Apud Occidentem vicissim Caro- *Chri.* Chri.  
 lus Sclavos Pannoniam populantes Ann.  
 vincit, Carolo Filio in eos misso, qui 805.  
 illorum Ducem Liconem interfecit. *Theop.* Theop.  
 Post *Cedr.* Cedr.

Syr. Man.
806.
Theod. Stud. ep. 16. 25. 26
 Chri. Post hæc Tarasius sanctissimus By-*Tara-*  
 zätij Episcopus moritur, in cuius Suc-*sij obia-*  
 cessore deligendo, regnandi arte pie-*us.*  
 tatem simulans, Nicephorus percele-  
 bres sanctitate Monachos Theodorū  
 Studitam, ac Platonē, prudentiæ quo-  
 que fama inclytos, consultos voluit.  
 & cum quidem Nicephorus homo lai-  
 cus, non tamen improbandus, qui  
 haud ita pridem Aulæ nuncium remi-  
 serat, ac solitudinem petierat, Tarasio  
 suffectus est.

Anal. Fræc.
Caro-  
lus Re-  
gnū fi-  
lijs di-  
uidit.
 Hoc eodem anno, qui sæculi est  
 sextus Carolus Imp. amplissimam Fi-  
 lijs hæreditatem tripartito diuidit. ex-  
 tat illius hac de re Decretum, seu Te-  
 stamentum illud voces, *ab Authore*  
*hic relatum*. Peracta hæc à religioso  
 Augusto sunt non sine Episcoporum  
 calculo, quos apud Theodonis Villam  
 coactos voluit.

Chri. Ann. 807. Theop. & Ce- dr.
Rho-  
dus.  
S. Ni-  
colai  
reli-  
quia.
 Hæc inter ab Aarone Rege Barbaro  
 Rhodus, insularum olim Flos, pessun-  
 datur; hinc Myram Lyciæ Urbem pe-  
 tit, dumque Archam ibidem reliquia-  
 rum S. Nicolai deijcere se putat, aliã,  
 pia fraude, ab incolis suppositam, ab-  
 ripit; sacrilegi ausus poenas haud se-  
 cius daturus, quippè, fluctibus disiecta  
 classe, facti poenitens, Diuum ne-  
 quicquam agnouit Ultorem.

Chri. Ann. 805. heop. edr.
Nice-  
phori  
tyran-  
nis.
 Hoc tempore Nicephorus Aug. in  
 nobilium Byzantij Ciuium capita plus  
 quam tyrannicè grassabatur.

L 3 At nis.



*Caroli pietas.* At Carolus pacis Studijs intentior, sacras Patrum Lectiones, per anni festos Dies recitandas, in vnum cogit curavit. quo tempore eius quoque Filij, Regnum quisque suum, conditis passim Templis, ac Monasterijs, illustrabant.

Nicephorus, quem in Constantino-  
politana Sede Tarasio susseptum dixi-  
mus, licet inuitus, Iosephum, eiusdem  
Ecclesie Oeconomum, restituerat, cui  
pridem à Tarasio, ob incestas Con-  
stantini nuptias consecratas, ac Theo-  
dotem Pellicem coronatam, sacris  
fruerat interdictum, ea cum de causa  
malè apud omnes audiret, Sanctissimi  
Abbates Theodorus, ac Plato suis  
ipsorum cum Monachis seiunxere se,  
non à Iosephi tantum, sed ab ipsius  
quoque Nicephori communione. ea  
de causa turbæ maximæ ortæ cum es-  
sent, Augusti iussu, Conciliabulo By-  
zantij habito, turbarum, vt videban-  
tur, Authores Theodorus, ac Plato,  
suis cum Affectis, exilio multantur.  
*hæc fusè ex ipsius Theodori Epistolis,  
quæ extant, ab Authore hic narrata,  
ad sequentem quoque annum spectant.*

Eodem tempore Arduifus apud An-  
gliam Regno pulsus Carolum Aug.  
adit, ipsius opem suppliciter implo-  
*Caroli Aug. mode- ratio.* rans. Carolus non satis sibi in aliena  
Regna iuris esse ratus. Regem profu-  
gum ad Leonem Pontificem ablegat.  
illum

Chri.  
Ann.  
808.  
*Theop.  
Cedr.*

*Theod.  
Stud.  
ep. 31.*

illum iniuria deiectum cum compe- *Rom.*  
risset, suis, vna cum Augusti Legatis, *Pötifi-*  
in Angliam missis, Perduelles Popolos *cis au-*  
eiectum vt Regem reciperent adegit, *thori-*  
haudquaquam difficiles, aut reniten- *tas.*  
tes, quippè nefas ducentes Rom. Pon-  
tifici non parere, eiusque sese autho-  
ritate tutos satis, superque existiman-  
tes à iusta Regis ira, atque ultione.

Per idem tempus, Aaron Sarrace-  
norum Rege extincto, ciuile inter Fi-  
lios Habdalam, ac Mahomat confla-  
tum est bellum, ex quo non Sarrace-  
norum tantum res, sed Christianorum  
quoque, qui illis parebant, pessum  
iere. incensa eo bello vbiquè Templa  
religiosissima: Palestinæ, ac totius  
Syriæ Monasteria celeberrima euerfa.

*Chri.* At Nicephorus Augustus hiantē, *Nice-*  
*Ann.* semper auaritia infamis, nouas subin- *phori*  
*809.* dè coaceruandæ pecuniæ artes exco- *ri auæ*  
*Theop.* gitabat. quicumque e tenui rē ad ma- *ritia.*  
*Cedr.* gnas opes peruenissent, hos thesau-  
ros inuenisse criminans, fortunis om-  
nibus exuebat. Institores, agros, quibus  
alios spoliasset, emere, pecuniam ma-  
gnis sub vsuris à se accipere cogebat:  
mendicos militiam subire, stipendia à  
Ditioribus accipere iubebat: accitum  
ad se hominem. qui ex melle, ac cera  
quæstum fecerat, iurare per ipsius Au-  
gusti caput, admota dextera, coëgit,  
quantum auri congesisset, cum cen-  
tum libras fassus fuisset, *quid*, inquit,

curam huiusmodi alis? tolle tibi decem, reliquas ad me affer. eò Tyrannum, maiestatis oblitum, auaritia adigebat.

*Synod* Hoc eodem anno Synodus apud  
*Aquis-* Aquisgranum, vbi tum Carolus age-  
*grani.* bat, celebratur; ac de his quæ peracta  
 in ea essent, certior Rom. Pontifex  
 per Legatos redditur. *hac nosse si quis*  
*cupit, Authorem consulat; qui & mul-*  
*ta de Manichæis, quibus addictus Ni-*  
*cephorus Aug fuit, ad sequentem an-*  
*num spectantia, ex Luca Siculo anti-*  
*quo Scriptore addit* Dalmatia Caro-  
 lus ante quadrienniū ferè potitus fue-  
 rat; eam vt reciperet, classem Nice-  
 phorus instruxit, quæ tamen re frustra  
 tentata, recipere sese Venetias coa-  
 cta est. eam ob causam bellum in Ve-

netos translatum, Pipino Caroli Fi-  
 lii illud administrante, quo cum pace  
 postea composita, classis Byzantium  
 reuocatur, indequè iterum post bien-  
 nium Dalmatiam repetens incassum,  
 iterum confugit Venetias, bellumque

redintegratur, quo Pipinus Victor Ve-  
 netijs potitus est; hoc demum anno  
 pace iterum cum Nicephoro compo-  
 sita, Venetiæ eidem redditæ. quæ per  
 annos singulos digesta apud Franco-  
 rum Annales, Ludouici Pij temporibus  
 conscriptos, leguntur; ex quibus  
 recentiores rerum Venetarum scripto-  
 res corrigas.

No-

Chri. Nonum iam imperabat annum Ni- *Nice-*  
 Ann. cephorus, cum bellum aduersus Bulga *phori*  
 811. ros mouet, quod eius Gentis Rex *bellū*  
*Theop.* Grunus nullis conditionibus redi *cū Bul-*  
*Cedr.* mere, aut auertere potuit: primo dein *garis.*  
 impetū victus, castrisque exutus Bar-  
 barus, supplex iterum pacem orat in-  
 cassum; adeo Nicephorū predæ spes  
 improba dementauerat. igitur Rex  
 Grunus, desperatione audaciam sti-  
 mulante, noctu Græcorum castra ag-  
 greditur, ingentique eorum strage *Vinci-*  
 edita Nicephorum ipsum obruncat: *tur, ac*  
 illius caput conto suffixum ostentui *cadit-*  
 diu victis æquè, ac victoribus pepen- *tur.*  
 dit. Eius Filius Stauratius vulneribus  
 poenè confectus, vix cladem euasit,  
 nec duos vltra menses imperauit. quip-  
 pè Michaele Curopalata, Viro insi- *Mich.*  
 gniter probo, Augusto appellato, Mo *Imp.*  
 nasterium ipse ingredi coactus est;  
 cuius exemplo Theophania quoque  
 Coniux idem vitæ genus amplectitur.  
 Ex his qui cladi superstites Romani  
 Milites capti ab Hostibus sunt, com-  
 plures Christi fidem deserere abnuen-  
 tes, martyrum sunt passi.

*Memo-*  
*log.*  
*Græc.*

At Michael Imperium adeptus, nihil  
 prius habuit, quam vt spoliatos à Ni-  
 cephoro, aut exilio mulctatos, fortunæ  
 pristinae restitueret. Subinde Theo-  
 philactum Filium Augustum appella-  
 uit, cui & Vxorem ex Caroli Filiabus  
 expetijt, missis hac de re, deque fœ-

dere ineundo ad eum Legatis, ad hæc firmandæ, post Politicum rerum statum compositum, Ecclesiarum quoque concordia, Nicephorus Patriarcha prolixas admodum ad Leonem Rom. Pont. literas dedit *ab Authore hic relatas.*

Quod ad res spectat Occidentales ad hunc refertur annus conditum à Carolo Aug. Testamentum de thesauris in pauperes, atque Ecclesias erogandis, cuius pariter exemplum ex Eginardo hic habes. Extremo hoc anno Carolus Augusti Filius natus Maior decedit, huius ac Rotrudis Filiarum maximæ, haud ita pridem extinctæ, Mortem, pius Pater minus fortiter, si animi, qua pollebat, magnitudinem spectes, tulisse dicitur. territus est insuper postremis huius vitæ annis crebris portentiis, quibus proximè instare vitæ exitum cognovit.

Excreuerant, Nicephoro imperante, omnis generis Hæreses, Manichæorum in primis, tum mores improbi, ac licentia vitæ maxima inoleuerat. igitur Michael pius Imperator ad malas segetes luccidendas omnè operâ adhibuit. miturus cum Bulgaris pacè pactum illud ex insita clementia, reiecit, ut fugitiuos eius Gentis, qui ad se confugerant, redderet, quos Rex Barbarus darurus pacem, exigebat. Sanè pius Augustus Episcoporum

ea

Chri.  
Ann.  
812.  
Theop.  
Ced. et  
Luc.  
Sic.

Mich.  
probi-  
sus.

ea super re, Aulæque Procerum, aliorumque prudentia, ac sanctimonia insignium Virorum sententias, Conuentu habito, experijt, quibus diuersa sententibus, æquiores, at non perindè meliorem sequutus est, suo, ac suorum malo; quod Theophanes Abbas Monasterij Agri, qui hæc ipsa tradit, historiæ Author, atque aduersæ adhærens sententiæ, deplorat.

Theo-  
phan.  
histori-  
cus.

Adhuc annum quidam referunt decantatam illam Caroli Magni cladem ad Rocidâ Vallem, quam, exploratam sequuti veritatem, antè annos amplius triginta contigisse indicauimus.

Clad-  
des Rô-  
cisual-  
lis.

Sup.  
ad an.  
778.  
Chri.  
Ann.  
813.  
Theop.  
Cedrè.

Pacis spe omni cum Bulgaris conciliandæ abiecta, bellum recruduit, quo victus Michael proditione, ut quidam tradunt, Leonis Imperio inhiantis, fuga saluti consulere coactus est, tum Leo, Augusti segnitiam incusans, Augustus ipse à legionibus acclamatur. At Michael à ciuili abhorrens bello, Imperij haudquaquam tenax, Principatus insignia vltro Leoni mittit, Monachus ipse effectus.

Leo  
Arme-  
nus  
Imp.  
Mi-  
chael

Crannus victoria elatus Byzantium usque delatus est; cæterum ipse potiundæ Urbis frustratus, Hadrianopolim recedit, eaque potitus, Manuelem Episcopum Martyrio afficit quem & alij complures ad triumphum sequuti sunt.

Monachus  
fit.

Menol  
20. l. a.

Hactenus Theophanes historiam est

L 6 pro-phanis

*histo-* prosequutus, quam ab Anastasio lati-  
*ria fir-* nē redditam constat, multis tamen  
*nis.* præteritis, ac vicissim additis, ut In-  
 terpretis nomen vix mereatur. hanc  
 perperam Paulo Diacono, qui hoc  
 tempore iam decesserat, adscribi, alibi  
 lectorem monuimus.

*Sup.*  
*ad an.*  
 774.

*Leonis* Iam Leo minus se tutū à Michaelē,  
*tyrān.* licet iam Monacho, ratus, dum Byzan-  
 tij degeret, ipsum cum Procopia Vxo-  
 re, ac Filijs in Protam Insulam relegat:  
 insuper Theophilactum, atque Igna-  
 tium Filios (ex quibus Ignatius By-  
 zantij postea Episcopus fuit) castrari  
 iubet.

Caroli interim ad Michaelē Le- *Egi-*  
 gati, Byzantium cum venissent, Leo- *nard.*  
 nem Imperio potitum inueniunt, à *An-*  
 quo excepti, auditique ipsius cum Le- *nal.*  
 gatis, ad Carolum vicissim missis, di- *Fræc.*  
 mittuntur.

*Lud.* Quo tempore Aquisgrani Conuen-  
*Pius* tu habito, Ludouicus cognomento  
*Imp.* Pius, Carolo Patre permittente Au-  
 gustus appellatur: Bernardus, ex Pi-  
 pino Nepos Italiae Regno donatur.  
 Exindē eiusdem Caroli studio, qui nō  
 tantum Regno, sed Ecclesiæ quoque  
 consultum voluit, complura, per vni-

*Conci-* uersam Galliam, atque Germaniam,  
*lia plu* Concilia celebrantur, quorum decre-  
*ra.* ta saluberrima adhuc exant. *Legē* *Capi-*  
*Episco* insuper ab eodem Carolo, ac Ludo- *tular.*  
*porum* uico filio edita, Episcoporum electio, *lib. 1.*  
*lectio.* quam *c. 84.*

Dist. 63 quam Antecessores Reges inuaserat,  
c. 34. aut, ex merito, obtinuerant, libertati  
pristinæ restituitur; monendus est,  
tamen Lector post huiusmodi quoque  
Legem, in Episcopis per libera Cleri  
suffragia deligendis, ad tollendas ri-  
xas, atque dissidia, Regios Legatos,  
qui *Visitatores* dicebantur, adesse, ut  
plurimum consueuisse.

Chri. At Leo Augustus, Iconomachus  
Ann. repente factus, dirum in Catholicos  
814. bellum instituit; qua de re legendus est  
Michael, qui res gestas Theodori Stu-  
diæ Præceptoris posteris tradidit; ex  
quo etiam, quorum fraude hæresim  
Augustus haulerit, cognosces. hæc  
Sur. 3. ipsa Theostenetus quoque, huius &  
April. ipse temporis Author, fusè tradit in  
Niceta, quos consulere fas erit.

Leo Ico-  
nomach-  
us sic

Et ex Leonis indicto in Catholicos  
bello acti in exilium sunt Episcopi ei-  
dem aduersantes complures, in qui-  
bus Nicephorus ipse Patriarcha, cui  
Theodorus Melissenus ipsius Augusti  
seductor suspectus est cum Niceta Pa-  
tricius, Irenes consanguineus. Theo-  
dorus Studita, Theophanes Abbas,  
quem sæpius laudauimus, Historiæ  
Author, ac celebriores, qui que vitæ  
splendore, aut sanctitate Viri.

Egin. Hoc ipso anno ineunte qui sæculi  
in vii. huius XIV. numeratur, Carolus, iure  
Tegã. Magnus appellatus, Aquisgrani  
Et alij tur ætatis anno LXXII. ab imper-

Caroli  
Mag.  
ubius.



*pro Sã  
cto à  
Gallis  
colitur*

rio XIV. Vir bello, ac pace summus, Iustitiæ, Religionis, literarum cultor eximius, quem, virtutum merito, Ecclesia Gallicana sanctorum numero adscripsit. Sanctorum quoque catalogo post annos CLXVI. adscriptum à Paschali Papa ferunt, reique gestæ Diploma Aquisgrani adhuc seruari. cæterum, quod Is haud legitimus Pontifex fuerit, adscriptio huiusmodi à Romana Ecclesia haud quaquã recepta est, cum tamen nec damnata illa sit, nec pius Gallorum cultus improbatus.

*Ludo-  
uici  
pietas.*

Nuncio de Patris obitu accepto, Ludouicus, qui in Aquitania erat; Aquisgranum venit; inuentosque inibi thesauros in pauperes profudit, argentea dumtaxat tabula, paterni amoris monumento, sibi relicta; eius nihilominus, precio, quasi alienæ rei, persoluto. tum, Augustus antea, à Patre, ut diximus, appellatus, Imperij regimen, nemine non probante, suscepit.

*Roma-  
ni Leo-  
ni Pa-  
pa in-  
festi.*

At factiosi Romæ, Cives Caroli Christi morte præsidio destitutum Leonem Ann. 815. rati, insidijs illum vndique appetunt, Urbem ipsam tumultu, ac cædibus miscunt; quo comperto, Pius Augustus, Bernardum Pipini Fratris Filium Romam destinat, cuius opera, ac Vinigisi Spoletani Ducis res compositæ, Leo Pontifex periculo exemptus est. Leo interim Iconomachus relegatos superioris anno Episcopos, ac Monachos

nachos Byzantium reuocat, reuocatos  
quà blanditijs, quà terrore ad perfidiã  
adigit: res acta est magno cum Fide-  
lium scandalo, ac ruina.

An- Per idem tempus ex Hispanis, qui *Hispa-*  
nal. durissimo Sarracenorum iugo preme- *ni in*  
Fræc. rentur, complures, patria, ac bonis *Galliã*  
omnibus relictis, Galliam incolendam *mi-*  
petunt. His Pius Augustus non agros *grant.*  
tantum, domosque tribuit, sed tribu-  
torum quoque immunitatem conce-  
dit. tum, exercitu in Nortmannos mis-  
so, obsidibus ab eis receptis, incruen-  
ta victoria potitus est.

Chri. Ad sequentem annũ spectat Theo-  
Ann. phanis, non eius, qui historiam con-  
816. scripsit, sed alterius æquè insignis Vi-  
ri, ac Monachorũ Præfecti, post bien-  
nij carcerem in Insulam deportatio.

Theodori quoque Studitæ repetita  
verbera, ac diutini carceris incom-  
moda non ferenda, quo dum detine-  
retur, totus fuit in Fidelibus per Epi-  
stolas ad constantiam hortandis; vt  
mirum planè sit ducentas amplius,  
persequutionis tempore, ab eo con-  
Theod. scriptas reperiri. Illud quoque me-  
l. 2. ep. moratu dignum, dum Episcopi, alij-  
59. & que sacerdotalis ordinis Viri, ac Coe-  
182. nobiorum Præpositi, Ecclesiæ veluti  
columnæ, corruunt, Foeminæ sexu  
fragiles inconcussæ manent. triginta  
sanè Moniales hoc tempore, eaque  
ex causa, & verbera, & carcerem per-  
tulere.

mulere. in his Maria Augusta, quam, ob  
Theodotem Pellicem, à Constantino  
Irenes Filio pulsam, inter sacratas Deo  
Virgines receptam diximus, exilium  
quoque perpeffa est.

*Leonis* Moritur hoc eodem anno Leo Pon-  
*PP. obi* tificex, cum annos sedisset amplius XX.  
*tus.* huius decreto factum tradunt, vt Epi-  
scopalis Hirienfis Sedes, in Hispania,  
Compostellam, Alfonso Rege adni-  
tète, trāsferretur, quod, per idem tem-

*S. Iaco* pus, Iacobi Apostoli, qui Maior est  
*bi Ap.* dictus, sacrae ibidem reliquiæ sint re-  
*reli-* pertæ.

*quia* Collata porrò à Leone Templis do-  
*inueta* maria penè innumera nosse si quis cu-  
*steph.* pit, Anastasum ea ad tædium vsque  
*V. Pa* recensentem consulat.

*Galliã* Leoni Stephanus subrogatur, qui *Anast.*  
*petit.* huius nominis V. numeratur. quamvis *Tegã.*  
*Ludo.* alij quæ tum, ex his, quæ alibi tradidi- *in vit.*  
*in eũ* mus, dicendum censeant. Hic sub *Auth.*  
*obse* ipsum Pontificatus exordium in Gal- *vit. Lu*  
*quium* liam ad Ludouicũ profectus, exceptus *dou.*  
ab eo est honore, ex Aui, ac Patris in-  
stituto, maximo, quippè illum religio-  
sus Princeps non tam maiestatis me-  
mor, quam pietatis, à Bernardo Rege  
deductum, vt primum adspexit, equo  
desiliens, ter humi prostratus, venera-  
tus est. Antequam Italiam repeteret  
Stephanus Ludouicum ritè inunctum  
eum Irmingarda Coniuge solemn-  
ni pompa inaugurauit.

Sub-

Subindè cum iam Pontifex recessisset, ex pio Caroli instituto, Concilium Aquilgrani est celebratum. *Synod. Aquilgrani*

Chri. Vix Romam peruenerat Stephanus, cum, morbo correptus, obiit septimum vix Pontificatus mensem egres-  
Ann. 817. sus; cui statim (nam biduum tantum intercessit) miro omnium consensu, Paschalis sublegitur; à quo Legati, ex more, ad Augustum missi, implorati sponfionem patrocini] ex eo referunt, qui hoc ipso tempore, dum sacris, in Templo peractis Regiam sublicio re-  
Anast. petit Ponte, eo collapso, luxatis, attritisque membris, vitæ periculum adiit; mortalitatis proindè admonitus, imminente veluti morte, testamento condito, Lotharium Filium natu maximum Imperij, ac Francici Regni hæredem instituit: Pipino Aquitaniam, Ludouico Germaniam legat. Subindè, *Regnæ Filijs parti-*

*Synod. Aquilgrani.* paternum zelum æmulatus, Conciliū quo tum alia memoria, ac commendatione digna prestitit, tum Paternam, *Lud. in Rō.* Auitamque in Rom. Ecclesiam Donationem sanxit, ac Synodi Patrum Aulæque Procerum manu subscriptum Diploma Paschali Papæ transmisit, *Eccl. dona-* cuius exemplum ex Vaticanis monu-

*tio.* Ego mentis Author huc affert à Gratiano *Lud.* non integrum recitatum.

*dist. 63* Bernardus interim Italiæ Rex, prouorum hominū adulatione corruptus, à Pa- *Ber-* *nard.* *Lud.* *belli.*

à Patruo desciscens, Franciæ illum Regno exuere armis parat. Sed impium bellum non meliore Fortuna, quam consilio gestum ab eo est. antè pugnam infaelix Rex, non tam hostiū copijs, quam sceleris conscientia ter- ritus, deditionem fecit: illum igitur Augustus capite à Iudicibus damnatum, gladio exemptum, luminibus orbari sat habuit: huiusmodi post infortunium, triduo, non amplius, super- fuit, seu doloris acerbitate extinctus, seu mœrore animi mortem accersuit. mortis nuncio ad Augustum perlato, poenituisse illum facti tradunt, ac cri- men, qualecumque, Episcoporum Iu- dicio expiasse. Bernardi Rrgis defe- ctione, præter alios multos, etiam sacerdotalis ordinis Viros, ipsius quo- que Augusti Fratres illegitimi Drogo, Theodoricus, atque Vgo, veluti con- tagione afflati, carceri addicti vitæ discrimen, seueritate Iudicium adi- uere.

Missæ hoc tempore Legatio est à *Tegã.* Leone Aug. ad Ludouicum de vtrius- *in reb.* que Imperij finibus apud Dalmatiam *gest.* regundis. *Lud.*

Sub idem ferè tempus clarissimus Fidei propugnator Theodorus Studita suo, ac aliorum Confessorum nomine literas ad Paschalem, atque ad Orien- tis Patriarchas dedit, *quarum exem- plum apud Authorem hic require,* qui

Chri. qui sequenti quoque anno alteras ad  
Ann. Paschalem datas, tum ad omnes ubi-  
818. què Fideles recitat.

Gliscente apud Orientem in Ca-  
tholicos bello, extores pro Fide Mo-  
nachi complures Romam confuge-  
rant; his Paschalis Pontifex, ne incer-  
tis vagari sedibus cogerentur, extru-  
ctum, ad D. Praxedis sacram ædem,  
Monasterium contulit, cum interim  
ad Cassinense quoque Coenobium,  
veluti ad Christianæ libertatis Asylum,  
accessus vndique esset frequētissimus.

Chri. Sæculi anno vndeuigesimo Ludo-  
Ann. vicus vnum, atque alterum Conuen-  
819. tum habuit. Extincta autem superiori  
anno Augusta Coniuge, iuditâ Huelfi,  
apud Bauariam, Comitis Filiam ducit.

D. a.  
plex  
Synod.

Quo item anno eximius Aclera,  
Theodorus Studita immaniter iterum  
cæsus, carcerem mutat Smirnam tran-  
satus.

Chri. Nouissimus Leonis annus subit,  
Ann. Catholicis idem, apud orientem, acer-  
820. bissimus, qui veluti decumanus flu-  
ctus, rectam inibi Fidem propemodū  
mersit. At dum maximè procella de-  
sæuiret, serenitas inopinatò illuxit,  
mira quadam Dei prouidentia Tyran-  
no sublato.

Ignat. Aderat Christi Domini natalis dies, Leonis  
in vit. quo Is Michael-em maiestatis reum Imp.  
Tara/ supplicio erat affecturus, cum, Augu interia  
Cedrē. sta deprecante, ac festi diei religio- tus mi  
nem rus.

nem obijciente, poenam distulit, quæ in ipsum vertit; quippè Michael, eo in discrimine constitutus, consilium è recipit salutare. coniurationis participes monet ipsorum se nomina delaturum, ni sibi præsto actutum sint. Hi, nocte intempesta Templum ingressi, fidas sub vestibus ferentes Symphoniæ sese immilcent, Leonem sacrae noctis peruigilium peracturum Templum ingressum confodiunt. tum, ita, ut erant, cruentati, Michaellem adhuc

*Mi.* compeditum (clavis quippè compeditum apud Leonem erat) Augustum *Balbus* appellant.

*Imp.* Dum hæc apud Orientem peraguntur, Sarraceni Classe in Siciliam delati, Panormum expugnant. Annonæ caritas, ac pestilentia Galliam vexant, ac funeribus exhauriunt.

*S. Mar* Per idem tempus Alexandria, atque *ci Cor-* aded Ægypto vniuersa Sarracenis *pus Ve* rente, D. Marci corpus iacebat ea in *netias* Vrbe inglorium; quo factum, ut Veneti *trāsfer* Mercatores Venetias illud trāsferrent. *tur.* *rem gestam, ex Vaticanis erutam monumentis, fusè hic Author recenset.*

*S. Caci* Nec ita multo post Cæciliæ quoq. *lia Cor* Virginis Sac. Reliquiæ. à Paschali *pus in-* fossæ, decentiori loco, Virginis Tem- *uenti.* plo instaurato, collocantur. id quoque ex Anastasio Author accurate refert, tum de nouissimè eodem Sac. corpore, dum hac ipsa proderet, reperto

*Parali*

Chri.  
Ann.  
821.

Pauli Cardinalis Sfondrati opera ocu-  
latus ipse testis sermonem instituit.

ad an. qua de re & nos, qui Epithomen hanc  
232. scribimus, dum de Virginis Martyrio  
ageremus, opportunè alibi meminimus.

In vit. Hæc inter nouus Augustus extor  
Th. res Fidei causa Episcopos, ac Mona-  
Stud. chos edicto reuocat: Fidei libertatem  
his, alijsque omnibus, Hæreticus ipse  
Iconomachus, indulget.

Fidei  
liber-  
tas.

Chri. Sequenti anno à Thoma Tyranno,  
Ann. qui Leone Imperante Armeniam in-  
822. uaserat, Byzantium obsidetur. Hic ob-  
Cedrè. scurissimis ortus parentibus poenæ  
metu, quam scelere fuerat promeritus,  
ad Sarracenos profugerat, abiurataq.  
Christiana Religione, viginti amplius  
apud eos annis fuerat; exindè Con-  
stantinum Irenes Filium se esse menti-  
tus, Leoni ut diximus, negotium fa-  
ffere instituit; tum hoc anno Michae-  
lem terra, marique obsidere non est  
veritus, à quo tamen, Bulgarorum vi-  
ribus, adiuto, victus, captusque, ma-  
nibus pedibusq. mutilatus, lento sup-  
plicio affectus est.

Quo tempore Sarraceni, qui in  
Hispania regnabant, Classe in Cretana  
Insulam delati, ea nullo negotio, po-  
tuntur, utque tutari eam possint, Vr-  
bem munito extruunt loco Candace  
appellato; quo Insula deinceps Can-  
dax, corruptoque indè vocabulo,  
Candia est dicta.

Candia  
unde  
dicta.

At



At Ludouicus, ex inflicto conscientia vulnere, ob affectum supplicio Nepotem supplicem, vexatosque infantes, vt postea comperit, Fratres, acerbius in dies dolens, lenire illud alia ratione haud valens, frequentiori Conuentu habito, publicè expiationē

*Lotha.* agere sustinuit; tum demum Lothariū  
*rius* Filium Romam ad Paschalem missum,  
*Imp.* solemnī ab eo ritu coronari expetijt.  
*Lueset* grassante interim apud Galliam vulga-  
*prodi-* ri lue, ac prodigijs è cælo maximis  
*gia.* mortales exterrentibus.

Dissidium inter Catholicos, atque Hæreticos cōpositurus Michael, committere vtrosq. publica disputatione optauit; negantibus Catholicis id se absque Patriarcharum placito Iudicij genus subituros, nè causæ diffidere videretur, negotium Theodoro Studitarum Præsidi dedere ea de re Apologiam conscribendi, quod egregiè præstitum ab eo est.

Accidit inter hæc, vt Basilius Leonis Filius qui, ex virilium exsecutione à Michaele imperata, vocem amiserat, ad Gregorij Nazianzeni statuam, supplex, eam receperit; ex quo, hæresi abiurata, Catholicam fidem amplexus est, cuius exemplum sequuta Theodora eiusdem Mater, quod ex Viro hauserat impietatis venenum, vomuit.

*Pasch.* Exindè Paschalis Pont. cum octauū  
*obitus.* Pontificatus annum attigisset vita  
 fun- Ann.  
 814.

fungitur . huius in pauperes, ac Tem-  
*Anast.* plorum ornatum largitiones, *Anasta-*  
*in Pa-* sius cumulat. Quatriduo post Pascha-  
*sch. &* lis obitum elapso, Eugenius legitur, *Euge-*  
*Eug.* hoc nomine II. cæterum, obnitenti- *nus II*  
 bus ex Rom. Ciuibus factiosis qui-  
 busdam, turbæ indè exortæ, non  
 ante Lotharij in Urbem aduentum, *Lotha-*  
 compositæ, sedatique tumultus sunt. *rius Ro*

*Chri.* Ciuili perfunctus bello Michael, *ma.*  
*Ann.* 825.

*An-* vna cum Theophilo Filio Collega,  
*nal.* haud ita pridem assumpto, Legatos de  
*Fræc.* pace mittit in Galliam, atque inde  
 Romam regijs com donis in Aposto-  
 lorum Principis Basilicam inferendis.  
 profecti Romam cum Græcis, Galli  
 quoque Legati sunt à Ludouico; qui-  
 bus in Galliam postea reuersis, Euge-  
 nij permissu Collatio est habita Viro- *Colla-*  
 rum, qui præstare cæteris doctrina vi- *tio de*  
 derentur. actum ea in Collatione est *cultus*  
 de sacrarum imaginum cultu, quod *Imag.*  
 Michaelis Legati expetierant de re-  
 bus porro in ea gestis nulla apud ve-  
 teres mentio reperitur, erubescenti-  
 bus fortasse Gallis ea prodere, quæ  
 veterem ipsorum pietatem, ac Reli-  
 gionis cultum macularent. inuentus  
 est tamen nuper nescio quis ex No-  
 uatoribus, qui Conuentus illius Acta  
 (vndè eruta nequaquã tradens) Franc-  
 fordix cusa in lucem edidit. vtrumq.  
 se res habeat, quam nihil ea editione,  
 qui libellum illum edidit, profecerit,

ex illius lectione vnusquisque facile animaduertet. porro qua hac de re *Author* huc congerat, non erit ociosum exquirere.

Tertio Pontificatus anno Eugenius *Chri.* *Synod.* Synodum Romæ cogit Episcoporum *Ann.* *Roma.* Italicorum LXIII. quorum nomina, 826. *tum decretorum indicem apud Au-* *thorem habes.* Eugenij porro Decreta aliquot à Gratiano diuersis sub titulis referuntur, quorum non nulla ad Eugenium III. spectant.

*S. Seba* Per idem tempus sanctorum Mar- *An-*  
*iani* tyrum Sebastiani, Marcellini, ac Petri *nal.*  
*& alia* reliquæ Roma in Galliam translata *Fræc.*  
*reliq* sunt: tum Synodus à Ludouico Aug. *Auth.*  
*Synod.* apud Ingelheim celebrata est, auditi- *vit. Lu*  
*Ingel.* que tum aliorum, tum Eugenij Legati. *donic.*  
*He-* Hoc item anno Rex Danorum He- *Ado*  
*riald.* rialdus vna cum Coniuge, ac popula- *Viem.*  
*Dan.* ribus compluribus Moguntia sacro  
*Rex.* Baptismate initiatur.

*Studi-* Apud Orientem porro hoc ipso  
*ta obi-* tempore moritur magnus ille Theo-  
*rus.* dorus Studita, quo Regum Censore  
acerrimo sublato impune licuit Mi-  
chaeli Augusto sacrilegis Nuptijs sa- *Chri.*  
cratam Deo Virginem Euphrosynam *Ann.*  
Constantini Filiam sibi sociare. cuius *827.*  
exemplo Eugenius quidam, qui apud  
Siciliam ordines ducebat, & ipse san-  
ctimonialis Virginis amore captus, il-  
lam ex Coenobio extraxit obnitentem. rem Virginis Fratres ad Michael-  
lem

lem deferunt . Is, eadem quamuis pi-  
ce inquinatus , Sicularum turbas ve-  
ritus, poenam in Raptorem statuit, ad  
quam dum ab Insulæ Præfecto postu-  
latur , cum copijs , quibus præerat ,  
Africam petit , Romaniq. Cæsaris no-  
mine assumpto, Sarracenos in Siciliam *Sarra-*  
intulit , qui haud ita multò post Cala- *cenis.*  
bria quoque potiti sunt, magno Italiæ  
malo . Sacrilegus porrò Eugenius cum  
Imperio vitam statim amisit , apud Si-  
racufas trucidatus .

Subindè Eugenius Pontifex quarto *Euge-*  
Pontificatus anno moritur , cui altero *nij Pa-*  
statim die , miro omnium consensu , *pe obin-*  
plausuq. Valentinus sublegitur men- *rus.*  
struus Pontifex, cui rursus post triduū *Valen-*  
ab eius obitu, Gregorius IV. hoc no- *tinus*  
mine subrogatur, à quo, sub ipsa Pon- *succe-*  
tificatus initia , Gregorij Magni cor- *dit; hu-*  
pus exhumatum, decentiori conditum *ic Gre-*  
est loco ; anno quam mortem obierat *gorius*  
amplius ducentesimo . *IV.*

Chri. Sæculi anno duodetrigesimo Pius *Grego-*  
Ann. Imperator , Regni cladibus auerten- *M. cor-*  
828. dis , ac criminibus expiandis , tridui *pusex.*  
ieiunium , Conuentusque Episcopo- *humæ-*  
rum , quatuor Parisijs, Tolosæ , Lug- *tum.*  
duni, ac Moguntiaë indici curat .

Chri. Gregorius post hæc D. Marci instau- *Grego-*  
Ann. ratum à se Templum Romæ , illatis *rij ope-*  
829. Hermetis Martyris sacris reliquijs, ac *ra.*

Anast. magni precij donarijs attributis , mi-  
in Gre rum in modum locupletauit . Ostia

gor. M quo-

Chri.  
Ann.  
326.

An-  
al.  
Fræc.  
14th.  
vit. La  
lonic.  
do  
ien.

Chri.  
nn.  
27.

quoque Tiberina, aduersus Sarracenos Pyratiam exercentes, muniit, ac

*Grego- Gregoriopolim vocari deinceps iussit: riopo- suburbium quoque ad D. Petri Basili- Sigeb. ann. Fra. lis. cam muro claudere instituit; quod Chr. inf. an.*

*Vrbs* absoluit, à quo locus *Vrbs Leonina ann. 848.*

*Leoni- est appellatus. 848. Io: Cuius*

*na. Michael interim, cum annos impe- ropal. Zon.*

*chae- rasset prope IX. dissenteriae correptus Cedri.*

*lis Im- Filius capessit; qui liberas Imperii ha- Cedri.*

*per. o- benas nactus, bellum omnium asper- Chri.*

*bitus. rimum in sacrarum imaginum cultu- Ann.*

*Theo- res indixit, ex quo rectae, apud Orien- 830.*

*ph. suc- tem, Fidei clades maxima illata est.*

*cedit. Quo tempore coniuratio in Ludo-*

*Coniu- uicum multiplex à Filijs, Regniq. Pro-*

*ratio- ceribus, detecta, in maximas Pium*

*in Lu- Augustum curas coniecit. Cæterum Chri.*

*don. his quantumuis implicitus, totus erat Ann.*

*in rebus Sacris meditandis, exquiren- 831.*

*disq. itaque hoc ipso tempore sacras*

*Antiphonas, per Amalarium Virum Amal. c. 58.*

*æquè pium, ac doctum, in vnum con-*

*geri, summa cū pietatis laude curauit.*

*Theo- At Theodora Augusta, quod sacras Io: Cuius*

*dora- Imagines occultè coleret, ad Theo- rop. Ce*

*Aug. philum Virum delata, illū, ea de causa, dr.*

*astus. furore percitum, callida tergiuersa-*

*tione elusit, placauitq. speculo se cum*

*Ancillis intentam dictitans, redditaq.*

*è speculo imagines suspicionem haud*

*dubiè Delatori ingressisse.*

Gal-

Chri. Gallia interim mirum in modum flu- *Turba*  
Ann. etuabat. Pipinus Augusti Patris iussu *apud*  
832. in carcerem coniectus, suorum ope *Galliã*  
*annal.* ra, inde eripitur; ea de causa ipse Re-  
*Fræc.* gnum Lothario, ac Carolo Fratribus  
adiudicatur.

Chri. At Pius Augustus, Regni adiectio-  
Ann. ne, ita Lotharium non est demeritus,  
833. ut ipsum quoque expertus sit hostem,  
qui Nouercæ Iuditæ, eiusque Filio  
Carolo infensus, à Pipini, ac Ludouici  
Fratrum partibus in Patrè stare maluit.

Domesticū vt sedaret bellum Gre-  
gorius Pontifex, in Galliam proficisci-  
tur. cæterum ad Filiorum, ac Patris ca-  
stra vltro, citroq. comeans, ita nō pro-  
fecit, vt, ab vtrisque in suspicionem  
adductus, re infecta Urbem repetere  
coactus fuerit.

Tum vero incoelix Pater suorū pro- *Lud.*  
ditione, Episcopis quoque nonnullis, *Imp.*  
Rhemenſi in primis, adnitentibus, ac *exau-*  
publicam criminum expiationem ei- *torat-*  
dem iterum indicentibus, in Filiorum *tur.*  
potestatem venit, ab hisque, per sum-  
mam iniuriam, in ordinem redigitur.

Hoc ipso tempore Legati à Theo-  
philo ad Ludouicum missi, à Lothario  
excepti, lugubris Tragœdię spectato-  
res fuere, non diu apud illum morati.

Chri. Haud tamen ita multo post miro *Resti-*  
Ann. Procerum, ac Populi in deiectum stu- *tuitur.*  
834. dio, Ludouicus restituitur, Filijs con-  
trà obniti non audētibus, qui ab opti-

mo Parente, præteritorum memoria abolita, in gratiam recepti, in Regnū quisque suum dimissi sunt.

*Mar-* Hoc eodem anno Hispani Monachi  
*tyres* CC. apud Canadignam, à Sarraceno-  
*CC. in* rum Rege Zafnam, martyrio affecti  
*Hisp.* sunt.

*Metbo* Dum interim Theophilus Græcus  
*dus.* Imp. dira in Catholicos supplicia de-  
cerneret. in his Methodius eximius  
doctrina, ac sanctimonia Vir, ac mul-  
tiplici corona illustris, qui sub Leone,  
ac Michaelē certamen subierat, quiq.  
postea Regiæ Urbis Antistes fuit, Ty-  
ranni iussu diris quæstionibus admo-  
tus, sepulchro viuis conditus, ibidem  
ad illius vsque obitum perstitit.

*Syno-* Altero, à Ludouici restitutione, an- *Chri.*  
*dus.* no frequentissimus Episcoporum Con- *Ann.*  
uentus, apud Theodonis Villam, cele- *835.*  
bratur, vbi Ebbo Rhemenfis Episco- *annal.*  
pus, qui depositionis illius Author fue- *Fræc.*  
rat, Collegis suadentibus, ipse se Epi- *Auth.*  
scopatu abdicat. de his, qui in Italiam *Vit.*  
secesserant, quod ad Sedis Apostolicæ *Lud.*  
Iudicium confugisse dicerentur, nihil  
decernitur, reliquis vim, metumque,  
ab Augusti Filijs, causantibus, venia  
conceditur.

Conuentu indè soluto, ex itinere *Sigeb.*  
Augustus Andegauum accessit. erat *Chr.*  
*Theo.* ea in Vrbe carceri dudum mancipa *Grant.*  
*Abb.* tus Theodulfus Abbas Floriacensis, *hist.*  
*Floria* quod Bernardi Regis defectionis par- *Sax. l.*  
*ensis.* ticeps *l. c. 87.*

ticeps fuisse; Is poeticæ facultatis, pro temporum conditione, satis gnarus, eo in ocio, præter alia, Hymnum concinnaerat ad Palmarum diem in Ecclesia occinendum accomodatum; illum itaque, è carceris fenestra, in Augusti prætereuntis aures recitat, quo mirificè ille delectatus, Theodulfum carcere eximit, mox non tam artis merito, quam probitatis, Aurelianensi Ecclesiæ præfici curat. *Extat Hymnus ab Auctore hic relatus unà cum prolixiori eiusdem Theodulfi Epistola ad Aurelianensem Clerum saluberrimis referta præceptionibus omnino legèda.*

*Curo-  
pal.  
Zon.  
Cedrè.* Mortuo interim Theodoto Castiteno Byzatijs Patriarcha leonomacho, Ioannes huius nominis VI. eandem Pestilentiæ Catedram conscendit, illam à Theophilo, cuius Pedagogus fuerat, impietatis præmium, consequutus.

Per idem tempus Theodorus, ac Theophanes Fratres, Christi Athletæ, ex Insula, apud quam biennium exulabant, Tyranni iussu iterum ad certamen euocantur cum blanditijs tentati, ire in Augusti sententiam abnissent, *In sine-  
tū sup-  
plicio.* flagellis penè ad mortem cæsi, inscriptique vultus, exilio iterum mulctantur. Scripserat Christodulus nescio quis in piorum Fratrum dedecus Iambos XII. (Augustum ipsum eos scripsisse quidam tradunt) hos in Martyrum vultu, in-

Chri.  
Ann.  
35.  
annal.  
Fræc.  
Auth.  
7it.  
Lud.  
Sigeb.  
Chr.  
Grant.  
bist.  
Sax.  
c. 87.



fuero supplicij genere, candenti ferro  
inscribi Tyrannus iubet. extant Iambi  
ab iisdem, qui hæc tradunt, Scripto-  
ribus relati, *ab Authore quoque hic  
descripti.*

*Festū* Hoc eodem anno Gregorij Papæ  
*omniū* monitu, Franchi Sanctorum omnium  
*Sæcto-* Festum Diem, ex Bonifacij præscri-  
*rum.* pto celebrari Romæ ceptum, dein-  
ceps recolendum instituunt.

Lotharius interim, Gregorio Pont. Chri.  
infensus, Romanæ Ecclesiæ ditiones, Ann.  
quas Italiæ Regnum à Patre adeptus, 836.  
ex auito instituto, in tutelam suscepe- *Auth.*  
rat, diripi impunè à suis patiebatur. ea *Vit.*  
de causa Ludouicus Pater mirum in *Ludo.*  
modum commotus, Legatos ad Filiū,  
ac Gregorium mittit, quorum opera  
Lotharius ab incepto desistit, ac, patre  
*Ludo-* superstito, utcumque quieuit. Ludo-  
*uici Vi-* uici pietatem respexisse Deus visus  
*etoria.* est, qui duplicem ei victoriam, eamq.  
incruentam, hoc ipso tempore, de  
Britonibus, deq. Nortmannis, tribuit.

*Synod.* Sub eiusdem anni initium Conci-  
*Aquis-* lium Aquisgrani celebratum est, expo-  
*grani.* sitaque in eo est quærela aduersus Pi-  
num Regem, quod is Ecclesiarum bo-  
na inuasisset. eam ob rem ab Augusto  
Patre, ac Synodi Episcopis monitus,  
oblata reddere haud est cunctatus.  
Insuper Augustus ipse, tribus cum

*Synod.* Filijs, celebratæ hoc eodem anno  
*Lugd.* Lugduni Synodo, interesse non est  
gra-

grauatus; adeò totus erat in sacris ministerijs obeundis.

Chri. Sed & sequenti anno apud Carisia- Et Ca-  
Ann. cum Conuentum alium celebrari pla- rificaci  
837. cuit, vbi Augustus idem Carolum Fi-  
lium pubertatem egressum solemnii ri-  
tu, ense accinctum, Regio Diademate  
insigniuit. cæterum dirus eum Come-  
ta haud mediocriter terruit, ad pieta-  
tis autem opera propensum, acrius  
incitauit.

Chri. Pipino postmodũ vita functo Aqui-  
Ann. taniæ Regnum Carolo Filiorum natu  
838. minimo ex Augusti Patris indulgentia  
cessit, Pipino illius Filio cognomine  
inofficiosè præterito; quo factum, vt  
Chri. Aquitani seditionem mouerint, quæ  
Ann. tamen actutum compressa est. Lud. Lud.  
839. uicus quoque Germaniæ Rex in aper- filij in  
tam perduellionem aduersus Patrem Lud.  
erupit; paternis tamen armis territus, Aug.  
culpa agnita, veniam haud ægrè im- ribel-  
petrauit. lio.

Nec Reges tantum, sed etiam Epi-  
scopos hoc tempore transfuersos egit  
æmulatio. itaque Aldricus Coenoma-  
nensis, calumniam à comprouinciali-  
bus passus, Gregorij opem implorare  
opus habuit, qui eam ob causam pro-  
lixiorum Epistolam ad omnes vbique  
Episcopos dedit, ex qua multa in  
suum Decretum Gratianus intulit.

Per idem tempus Synodus apud Synod.  
Cabillonem celebratur. Cabil-

M 4 Qua- lonensis.

Quadragesimo sæculi anno, iterata Chri.

*Lud.* Ludouici Regis rebellio, Augustum Ann.  
*Augu.* Patrem ad mortem adegit, quam in- 840.  
*sti obi-* sueta Solis defectio prænucciasse visa  
*sus.* est. Augusti obitum, Filiorum de Pa-  
 ternis Regnis certamen excepit, Lo-  
 thario in primis Monarchiã affectante.

*S. Bar-* Hoc eodem anno Bartolomei Apo-  
*zolo-* stol. sacras reliquias, ex Lipari Insula,  
*mei* Beneuentum translatas ferunt.

*Reli-* Sequenti verò, qui Theophili impij Chri.  
*quia.* Iconoclastæ postremus fuit; Vir ad- Ann.  
 mirabilis Ioannicius de reddenda pro- 841.  
 pediem, Tyranni morte, Ecclesiæ Pa-  
 ce responsum diuinitus accepit. qua  
 de rē spe iam omni destitutos Ortho-  
 doxos solatus est. illud quoque tra- *Curo-*  
 dunt, cum ex fatidica quadam Mu- *pal.*  
 liercula Tyrannus accepisset sacras  
 Imagines honorem pristinum rece-  
 pturas; tum, post Michaelem Filium,  
 Martinatorum Genus regnaturum,  
 Theodoram Coniugem diro Sacra-  
 mento adegisse, vt sponderet nunquã  
 se Idolorum, vt vocabat, cultum per-  
 missuram. exinde Martinatium per-  
 carum sibi hominem detondendum,  
 ac Monachum instituendum curasse.

*Theo-* Ad hæc Theophilus, bello à Sarrace-  
*philus* nis peritus, prælio inito, victus, vix  
*à Sar-* fuga elapsus est, Ducum præcipuis ca-  
*racc-* ptiuis relictis, qui & Fidei tenacissimi,  
*nis vi-* martyrij palmam adepti sunt. Victores  
*sus.* exindè Barbari Armeniam populati,

Ar-

Armorium excindunt. igitur Theophi- *Theo-*  
lus, deletæ mærore Patriæ lethalem in *phili*  
morbum incidit, à quo instantis anni *Imp.*  
initio ablumptus est. *obitus.*

Flagrante interim, ciuili bello, Gal- *Ciuile*  
lia, Ludouicus, ac Carolus cum Lotha- *Fran-*  
rio Fratres dolis agente crebris Lega- *corum*  
tionibus frustra ad pacē inuitato, ma- *bellum*  
nus conferere coguntur inuiti. collatis  
signis, Lotharius vincitur, ac turpem *Lotha-*  
in fugam conijcitur. Rerū tum gesta *rius*

*Lib. 3.* rum historiam scripsit Nithardus Fran- *vinci-*  
corum nobilissimus Caroli Magni, ex *tur.*

Berta Flia, Nepos haud degener, quē  
consulere ociosus lector poterit. Hic *Victo-*  
Victores Fratres à pietate, in venia- *rū mon-*  
captiuis, mortuis hostibus sepultura, *dera-*  
impertienda, mirum in modum com- *tio.*

mendat: Concilium insuper Episco-  
porum coegisse eos tradit, vt, disquisi-  
tione habita, peruiderent, an eo in bel-  
lo aliquid peccatum fuisset, quò ex-  
piari crimen posset; edictumque, vt  
qui ex odio, aut inani gloria, aliaue  
ex non recta Iustitiæ causa, arma admi-  
nistrasse conscijs sibi essent, secreto  
peccati expiationem peragerent, qua  
de causa tridui ieiuniū vniuerso exer-  
citui indictum est. tantum Paterna  
apud pios Fratres institutio, Regum,  
apud bene moratam gentem, exem-  
plum, valuit.

Chri. At Lotharius resumptis vtcumque  
Ann. viribus, dum belli aleam subire iterum

842.

M 5 pa

parat, suorum consternatione militum, Hostium contra alacritate cognita, non castra modò, sed Regnum ipsum turpiter deserit, quod iure belli ad Fratres deuolutum, non ante Episcoporum sententiam, causæque cognitionem, ac ritè ab his factam adiudicationem, receptum est. Nitardus idem qui tunc adfuit, Author est coactos ea de causa

*Synodus* Aquigrani Antistites antequam Victo-  
*ribus* ribus Fratribus Deuicti Regnum tra-  
*derent* derent, illos interrogasse, vtrum per  
*uestigia* uestigia eiectionis Fratris, an ex Dei præ-  
*scripto* scripto illud essent administraturi; re-  
*spondentibus* spondentibus illis omnia se ex Dei vo-  
*luntate* luntate, eo adiuuante, gesturos, tum  
*demum* demum Episcopos ad Victores Reges  
*diuinum* diuinum veluti Oraculum edentes, con-  
*uersos* uersos, in hæc ipsa verba sententiam  
*protulisse.* protulisse. *Authoritate diuina, ut illud*  
*suscipiatis, & secundum Dei voluntatem*  
*illud regatis, monemus, hortamur,*  
*atque precipimus.* atque precipimus. His aures arrigant  
 Politici Nouatores, qui Rom. Pontif.  
 licuisse negant Franciæ Regnum ab  
 Hilderico stupido Rege in Pipinum  
 transferre, cum videant Episcopos Re-  
 gum Iudices sedentes, ac hæredita-  
 rio iure possessa Regna, pro imperio,  
 transferentes. Eiusmodi porrò senten-  
 tiam executioni fuisse traditam idem  
 Author testatur; qui se cum alijs ad  
 diuisionem inter Fratres peragendam  
 interfuisse scribit.

Quem

Curo-  
pal.

Quem sub anni huius initium Theo-  
philum decessisse diximus, ante obitū,  
malo doctū, respuisse, sacrarumq. Ima-  
ginū cultum recepisse tradunt. vtcun-  
que, & si perfidiam, sæuitiam certè nō  
abiecit; quippè iam iam animam exha- *Theo-*  
laturus, Herodes alter, Theophobum *phili*  
affectati Imperij leui ex suspicione *sæui-*  
Reum, supplicio affici actutum iussit, *tia.*  
eiusque caput ad se deferri, quo manu  
præhenso extremum hoc loquutus di-  
citur; *nec ego Theophilus, nec tu Theo-*  
*phobus deinceps eris.* Eius morte Im-  
perium ad Michaelē Filium defertur,  
quod tamen, dum his pubesceret à  
Theodora Matre, virili Foemina, admi-  
nistratur; Manuele quoque, ac Theo-  
ctisto in Augusti Pueri tutelam voca- *Syno-*  
tis, quorum ope, atque opera, *odus By*  
Byzantij coacta, Sacrarum cultus ima- *zātij.*  
ginum est restitutus; Ioannes Hæreti- *Me-*  
cus Patriarcha, Methodio, antea extu- *tho-*  
mulato, eidem subrogato, deturbatus *dus.*  
est. Igitur vt primum Methodius Con-  
stantinopolitanæ Ecclesiæ clauum ex  
Hæreticorū auulsum manibus susce-  
pit moderandum, ad reuocandos, su-  
scipiendosq. lapsos animum adiecit.  
cæterū ne Ecclesiastica vilesceret di-  
sciplina, eosdem pro ætatis, ac culpæ  
varietate, diuersæ subijci censuræ vo-  
luit, sanctione hac de re edita, *cuius*  
*exemplum hic habes ab Authore de Hym-*  
*scriptum, qui & sacros Hymnos Epi- ni Epi-*  
*M 6 nicos nicij.*

276 *Epit. Annal. Eccles.*

*nicios in sacra huius Victoria memo-  
riam Byzantij cani solitos, & qua  
soluta etiam oratione recitari post-  
modum ad Populum consueuere, ex  
veteribus eius Ecclesia monumentis*

*An- eruta, subnectit, scitis non iniscun-  
nua la da. constat enim ex eo tempore*

*zitia. Fideles apud Orientem pro gratia-  
rum actione solemnes Conuentus  
agitasse, deque triumphata Icono-  
clastiæ impietate memoriam quot-*

*annis, magno cum totius Populi*

*plausu, reuocasse. Que dein-*

*ceps Annales prodant se-*

*quenti libro, Deo*

*Auspice, refe-*

*remus.*

*Libri IX. finis.*

A.N.